 gust. lib. de quest. Veter. & noui testameti q. 79. Greg.
 Magn. super luce 22. & ibid. Chrysosth. & super ultimum
 caput Ioann. N. Cyrril. Hiero solimit. Cathechesi 18. Clemēs
 Papa 1. Epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, passim que Pa-
 tres Petrum Ecclesiæ fundamentum caput, Principem Cory-
 phenum, alijs que similibus epitectis laudantes, ex Doctoribus
 N. Resolutus Ioannes Bachonius in 4. q. 10. prologi art. 1. &
 distinct. 17. q. 1. art. 1. N. Thomas Vualdensis. tom. 1. lib. 2.
 doctrinalis fidei art. 1. cap. 1. & 2. N. Guido de Perpiniano
 in summa de Hæresibus cap. 3. de erroribus Grscor. N. Verra-
 tus de autoritate Ecclesiæ cap. 29. N. Thomas Beauxamis
 Harmonia Euangelicæ tom. 3. cap. 8. & alijs plures. q. De-
 claratio Gallicana, in ante loquio. & Vide N. Lexanam cō-
 sulto

11

sulto ultime pro primatu Petri s u p r a . Petri hec dicitur in eius
seruentem: Vide etiam p rae allegati n N. Vnde ensem ibit. cap.
3. & 4. s 2. Reg. 7. 12. & 13. t Luca 1. 32. u ad Ephes.
1. 22. x Ecclesiastici 10. 11 & 12. y Daniel. 7. 14. Luc.
1. 33. z Isaia 9. 7. a August. serm. 24. de Sanctis cap. 2.
b Dorotheus Tyrri Episcopus in Irenesi. c Anacletus epist.
3. Euarestus Epist. 1. Alexander Epist. 1. et 2. Victor Epist.
1. Zepherinus Epist. 1 innumerique alij, ut videre est apud
concilia excusa Coloniae Agripinae anno 1618. opera, ac stu-
dio Seuerini Bini S. Theologis Doctoris. & Coloniensis Eccle-
sis Canonici, qua editione in hoc opere seper vrimur. d Ha-
bentur hi canones tom. 1. concil. p. 1. ex collectione Alphonsi
Pisani Societatis Iesu, quam magna ex parte esse Gelasij Cy-
zici testatur Baronius ad ann. 476. n. 67. e Constantino
politana 1. can. 3. alias. §. Ephesina 1. Epist. N. Cyrill. Alex.
ad Calestinum Pont. quæ extat eiusd. Concilij tom. 4. Chal-
cedonens. act. 1. 2. et 16. ubi pluries Leo Papa in uersalibus Pa-
triarcha nominatur: Petrum que in ipso loqui, assuerant
Conciliij Patres. Item Constantino polit. 2. a Vigilio Pape
confirmata. Sexta quoque Synodus generalis act. 3. 7. 13. et
18. ubi mirifice Agathoni sepist. commendatur, quæ quidem
tamquam scripta a Petro Apostolorum Principe & Patribus
illis suscipitur. Idem quoque Synodus generalis 7. confirmat
dum Hadriani 1. epist. in qua ipse Romana sedis primatum
assuerat, accipit. Consonat quoque Synodus Romana sub Sy-
macho. Ut habetur cap. bene dist. 96. cum Lateranensi sub
Innocet. 3. Ut habetur cap. damnamus de sum. trinit. Et Lug.
dunensi sub Greg. 10. Ut habetur cap. 1. de sum. trinit. in 6. &
cap. ubi periculum de elect. quod ipsum plura alia concilia,
textus que confirmant, quæ referre non vacat. f Ignatius
epist. 15. ad Rom. Irenaeus lib. 3. cap. 3. Athanas. epist. ad
Marcianum. Basil. epist. 52. quæ est ad Athanas. Chrysostom. in ep. scolis ad Innocent. Tertull. lib. de Prescript. cap. 36.
Ambro. orat. de satyr. fratre et 1. ad Timoth. 3. et lib. 1.
epistolar. 1. ad Syric Papam. Hieron. epist. 8. ad Demetriad.
et 57. ad Damas. August. epist. 90. 92. et 93. Isidor. epist. ad
Eugen.

Eugen. Bernard. in libris de' considerat ad Eugen. Pap. alij que plurimi. g Vile D. Th. 4. c. mtr. gent. cap. 16. et cont. error. Græc. cap. 69. alijque locis. N. R. Bachonum in 4. q. 10. prologi se dist. 17. q. 1. art. 8. N. Thomum V ualda. tom. 1. lib. 2. doctrinal. fidei art. 3. cap. 32. 33 et 35. N. Guido nem de Perpiniano sum. de hæres. error. 3. Græcor. et error. 1. Val dens. Vide etiam controveneristis omnes, et Scholasticos ad tract. de fide, Vbi de Rom. in o Pontifice disputant, ex dictis vero, ac allegatis sequens sustinendum, propugnandum que deducimus.

ASSERTVM PRIMVM.

VNa est Christi Sancta, Catholica, Vniuersalis, ac Apostolica Ecclesia, visibiliter interris degens, quæ & militans appellatur: cuius in uno visibili capite, & non in pluribus seorsim, aut coniunctim residere debet, perindeque Apostolus Petrus primus post Christum Dominum Vicarius fuit, ab ipso institutus cum summa potestate super Ecclesiam, super omnia que ipsius membra ordine Monarchico Princeps, Rector, ac Pastor: cui nullus etiam coauctolorum auctoritate, aut dignitate equalis extitit: sed omnes inferiores ipsi, ut capiti & Præfulti. Hæc vero summa, suprema que super omnem Ecclesiam potestas à Christo Domino immediate, perindeque iure diuino tradita nō solum ipse Petro verum etiam omnibus successoribus in ipso eadem aequalitate potestatis, & iuris fuit commisa: vnde Romanus Pontifex eadem auctoritate, ac Petrus ipse Vicarius est Christi, diuino que, & non humano iure præ est vniuersali fidelium cætui, tamquam legitimus successor, nedum in Romano Episcopatu, sed in vniuersali Ecclesia: qua propter nec ab Imperatoribus, neque à Concilijs, nec à Petro aut alijs Apostolis originem duxit summi Pontificis Primatus super omnem Ecclesiam, sed tantum ab ipso Christo D. immediate,

88

ut causa instituente, & committente: quæ omnia dogmata esse fide credenda asserimus.

MVNIMEN SECUNDVM. FVNDAM.

Pugnaturus contra Allophilum David fundam manus talit, & instrumentum regulariter factum ex funiculis contextum, que uti solent Pastores ut oves protegant, lupos, alia que ferocia profligent impotentia. Sic Romanus Pontifex supramus, ac unicus Ecclesiæ Pastor, iuxta illud suscitabo super eas Pastor è vnu, qui pascat eas seruum meū David: b fundam id est Ecclesiam c triplici funiculo, nempe Trinitatis fide contextam, ut nulla vi rumpatur: iuxta illud, funiculus triplex difficile rumpitur manu sumit, scilicet potestate, ac imperio regendam, opere charitatis seruandam, fortitudinis que ab inpetentibus protegendarunt. Unde, haud in congrue, Salomonis templum intrinsecus cedrinis tabulis, in quibus fundæ insculptæ erant, ut ex Hebreo translulit Sanctes Pagninus, d tegebatur; ut typice Christi Ecclesiam, veluti fundam in fidos, iam hinc, iam inde, contra ipsam pugnantes, in gyrum, sui Pastoris ductu versam, cuarentem signaret. Dicitur igitur funda à manu, seu potestate gubernantis, non vero è conuerso suada manum dirigit, ut ipsa docet magistra experientia. Ex quo omni recte sentienti liquido constabit, quam male de supræma Romani Antistitis potestate declarantes Galli sentiant, si sequentem suæ declarationis §. 2, quem iam transcribimus per pendat: habet igitur. Sic autem in esse Apostolicæ sedi, ac Petri successoribus Christi Vicarijs rerum spiritualium penam potestatem, ut simul valeant, atque immota consistant Sanctæ Oecumenics Synodi Constantiensis, à sede Apostolica comprobata, ipso que Remanorum Pontificum, ac totius Ecclesiæ Iesu confirmata, atque ab Ecclesia Gallica na perpetua religione custodita decretade autoritate Cœcilio

generalium, quae se f. 4. et 5. continentur; nec probari à Galli-
cana Ecclesia, qui eorum lectorum, quasi dubia sint auco-
ritatis, ac minus approbata, robar infringant, aut ad solam
schismatis tempus Concilij dicta detorquent. In quibus
verbis tatis, quem supra notaimus animum ostendunt,
minuendi scilicet Auctoritatem sedis auctoritatem. Sed
ne quid quam minori explicatione, quam par est, lecto-
ri proponamus, iam Constantiensis Concilij verba sub-
necimus, sic in sess. 4. à Gallo citata loquentis. *Hoc Sacra-
ta Synodus Constantiensis Eccl. Primo declarat, quod p[ro]s[ec]u-
nodus in Spiritu S[an]cti congregata legitime, generale Concilium
faciens, Ecclesiam Catholicam militarem representans, po-
testatem à Christo immediate habet, cui quilibet cuiusun-
que status, vel dignitatis, etiam si Papatus existat, obedi-
tetur in his, quae pertinens alii filium extirpationem dicti
Schismatis. De reformationem generalem Ecclesie Dei inca-
pice, et in membris: f[ac] eadem fere verba sess. 5. repetit.*
Hac igitur sess. seu his Constantiensis verbis nivatur
Galli, ut premissius; ast quantum à vero distet ipsorum
expositio, ac intelligentia, prout à Clero Gallico
traditur, quātēq[ue] auctoritatis sint prædictæ sessiones 4.
& 5. Constantiensis, in dīgārē aggeklīmūt, vō manifes-
ta fiat expetita veritas.

Quod ut prædictum, pariter que à dubijs certa dis-
cernantur animad iertendum venit questionem hanc
scilicet. *An Romanus Pontifex sit supra Concilium Vobis
contra generale Concilium sit supra Romanum Pontificem?*
duplici, diuersoque sensu exagitari posse: primus est rē-
pōrē, quo Ecclesia Romana certa, ac indabirato
Pastore, sed iunt duo, vel plures contendentes de iure
Papatus, nec certo constat, quis eorum sit legitimate elec-
tus, ac Petri successor; secundus vero sensus est, quando
Ecclesia certum ac in dubitatum habet Pastorem, sibi
que constat esse succelotrem Petri, ac Vicarium Christi:
et iuxta hinc sensum divisionem questio exagitari
debet, cum diuersimode respondere necesse sit in quoli-
beto

libet illorum: quidquid Gallicana declaratio, & priuocationem inducens, dicat.

In primo ergo sensu, videlicet, in casu Schismatis, & incerti Pastoris, aut notorie hereticie, haut renuimus concedere Concilium generale esse supra incertum Papam: posse que, vel authoritate concertatum, vel i p l i s tenuentibus, a ceteris Ecclesiae Prelatis congregari, vt, vel de iure electionis exquiratur, & quis sit legitime electus declaretur; aliusque, siue alii deponantur: vel manente in ambiguo iure, si non possit discerni cuius sit, ad aliam electionem certam procedatur, concertantibus depositis, vel per renuntiationem ab ipsis impetrataam, vel per alia remedia iutis: quod patet ex capite fiducia forte dist. 76. g. Idemque in casu, quo Papa manifeste est hæreticus (qui tamen causus moraliter, nostro iudicio, est impossibilis) dicendum: iudicamus, vt constat cap. 7 Papa, dist. 40. Sed quia declaratio Gallicana, etiam ad casum secundum, certi, videlicet, ac indubitati Pastoris, vocata Constantiensis Concilij extendere nititur: Romana non que Pontificem quamvis receptum habet Ecclesia vniuersali, ut legitimum Petri succelorem, omni generali Concilio subiectum debere esse intendit: tantum in hoc secundo sensu nostra decisio erit questionis.

In primis igitur extra controvrsiam est nullum Concilium generale legitime congregari posse absque authore itae Romani Prelulis certi, & indubitati: sic fere omnes tenent Doctores catholici, præter paucos, qui tempore Basiliensi Concilij id negare ausi sunt: sed nostra sententia expreſſe habetur in Concilio Alexandrino, cui Athanasius inter fuit, qui in Epistola ad Felicem Romanum Antistitem sic loquitur, scimus in Nicana magna Synoda ab omnibus esse corroboratum, non debere absque Romani Pontificis sententia Consilie celebrari, videlicet, generali. Item constitit ex cap. Synodum dist. 17. ubi Marcellus Papa sic ait, synodum Episcoporum absque

15

absque huius Sanctæ Sedis autoritate quamquam quosdam Episcopos positis congregare non potestis regulariter facere. Idem etiam elate docet Pelagius Papa 2. ut habetur cap. multis eiusdem 17. dist. ubi rem confirmat his verbis. Multis denuo Apostolicis. & Canonicis instruimus regulis, non deberi absque sententia Romani Pontificis Concilia celebrari &c. idem constat ex pluribus alijs Concilijs, Pontificijque iuris Canonibus h id ipsum aparte docentibus. Constat denique ex ipso Constantiensi Concilio, de quo agimus, ut hac ratione demonstratur.

Nam in primis Concilium in dictum fuit, & convocatum auctoritate Balthazaris de Cossa, qui extribus de iure papatus concertantibus, unus erat, dictus q̄ in sua obedienti a Ioannes. 23. vt constat ex Bulla conuocationis data laudæ. 5. idus Decembris Pontificatus sui anno. 4. est que inserta in 1. sess. Constantiensis, ipso aprobante Concilio, habita 16. Nobembris, seu alter Decembris anno 1414. eodem Ioanne Presidente i.

Item sess. 13. habita die 4. mēsis Iulij anno 1415. pronuntiata fuit conuocatio facta per Gregorium 12. alias Angelum de Coriario, prout habetur in Bulla eiusdem data Arimini 3. die Martij Pontificatus sui anno. 9. ibique inserta. In qua remota omni praesidentia predicti Balthazaris Cossa, facultatem conuocandi Concilium imperiuit Carolo de Malatesta, alijs que, prout ibidem continetur, quæ conuocatio facta fuit, & ad effectum ducta, publicata, ac à Concilio accepta, prout plenius ibi. K Constat ergo predictū Constantiense Conciliū in ea fuisse sententia, quod Romani Pontificis auctoritas necessaria est ad generalis Concilij conuocationem. Et hec sufficiant, reliquis nouatorum haereticorum cauillis contra hanc veritatem.

Secundo est certum Romano competere Pontifici presidentiae ius in generalibus Concilijs, siue perse,

se, sine per legatos suos, prout sibi visum fuerit: quod manifestum sit ex communione Conciliorum generalium praxi. In 1. igitur generali Niceno anno 325. Osius Cordubensis Episcopus, cum Vito, & Vincentio Vrbis Romae Presbyteris praesidentiam exercuit pro SS. Papa Sylvester, ut ipius legatus. In 2. Constantinopolitano sub Damaso anno 325. licet clare non constet, cum aliis certum sit auctoritate Damasi in dictum, creditur Gregorium Nazianzenum eiusdem urbis Antistitem, seu Meletium Anthiochenum vices Damasi tenuisse. In 3. generali Ephesino, 1. sub Celestino anno 431. praesedit, ut ipius legatus N. Cyrius Alexander Patriarcha, ut constat ex Epistola eiusdem Celestini ad Cyrrillum, quæ extat in predicto Concilio, n. hæcque inter alia dicit, quam obrem nostra sedis auctoritate adscita, nostra que vice, & loco cum potestate ipsius eiusmodi, non ab aliis exquisita seueritate, sententiam exequaris. Et ex Catalogo Episcoporum assistentium, & in principio act. 1. & in relatione ad Theodosium, & Valentinianum Augustos facta per Concilium, hæc leguntur. Erat quidem etiam, antequam SS. hæc Synodus conveniret Cælestinus Santissimus magna Romæ Episcopus per literas suas indicauerat, Cyrrillo que SS. Deoque dilectissimo magnæ ciuitatis Alexandrina Episcopo, ut suas vices subiret, commiserat, cui etiam adiunxit post modum Archadium, ac Projectum Episcopos, & Philippum Presbyterum, etiam Cælestini ipsius legatos, ut haberetur in eadem relatione missa ad Augustos, & in eodem Conclilio pluribus locis. o.

In 4. Chalædonensi sub Leone, 1. anno 451. Presides fuerunt pro Romana sede, ut Leonis legati Paschasius, & Lucentius Episcopi cum Bonifatio Praesbytero, ut constat ex actionibus ipsius Concilij, in quarum prima p. sic legitur, Paschasio, & Lucentio Regrendissimis, Episcopis, & Bonifacio Religiosissimo Presbytero tenentibus locum SS. & Regrendissimi Archiepiscopi

alme Urbis Romæ Leonis &c. Post hæc Anatolij Conf.
tantino politani Episcopi firmatio, quod non fieret,
nisi Legati præsiderent idem repetitum pluries inue-
nitur sequentibus actionibus. 3, quando prolatæ fuit tē-
tencia contra Dioscorum, hæc leguntur, unde SS. &
Beatus sumus Archiep[iscop]us magnæ Senioris Romæ Leo per
nos, & per præsentem Sanctam Synodum, in acum ter beatissimo.
& umni laude digno B. Petro Apostolo, qui est pe-
tra, & crepido Catholicæ Ecclesiæ, & rectæ fidei fundamen-
tum, nudavit eum (id est Dioscorum) tam Episcopatus dig-
nitate, quam etiam, & ab omni Sacerdotali alienauit mi-
nisterio. Hec ibi Paschalinus, Lucentius, & Bonifacius:
ex quibus, alijs que pluribus Concilij eiusdem locis
constans est Leonem per suos praefedisse Legatos.

Quintum generale Concilium Constantiopo-
litatum 2. sub Vigilio Papa anno 553. in quo fuit res-
ses Eutychius eiusdem Urbis Patriarcha, ut cōstat ex
Epistola ipsius Eutychij ad Vigilium, in qua hæc legun-
tur, & ideo petimus præsidente nobis vestra Beatitudine:::
finem quæstiōni imponi Deo placitum, & conuenientem his,
quæ à sanctis Concilijs definita sunt. Id ipsum que habe-
tur in Epist. Vigilij rescripta ad Eutychium, & ad om-
nes Episcopos, qui cum eo subscripterunt: ubi hæc ha-
bet verba: poposcit igitur vestra fraternitas, ut nobis præ-
sidentibus de tribus capitulis, ex quibus quæstio est:::con-
foratur, &c. q Sexto Concilio generali Constantino-
politano 2. sub Agathone anno 680, incepsum, & se-
quenti absolutum, præfuerant tamquam Apostolice
sedis legati Theodorus, & Georgius Presbyteri, & Ioa-
nnes Diaconus, ut in act. i. initio legitur: Conueniente
quo que sancta, & universali Synodo::: id est Theodoro, &
Georgio minorib[us] Presbyteris, & Ioanne Venerabili
Diacono, dicem agentibus Agathonis SS. & Beatisimi Ar-
chiep[iscop]i antiquæ Romæ &c. r quod idem reliquis eius-
dem Concilij actionibus obseruaret.

In septimo Generali Niceno 2 sub Hadriano 1.

anno 9

anno 787 Praefides fuerunt ipsius Romani Pontificis Legati, ut constat ex act. i. per haec verba, Petro Renen rendissimo Archipresbitero SS. Romanæ Ecclesiæ, scilicet Apostoli Petri, & Petro Reverendissimo Presbitero, Monacho, & Abbatte Venerabilis monasterij Sancti Sabbae Roma siti, retinentibus locum Apostolice sedis alii, & SS. Archiepiscopi Senioris Roma Adriani. Idem que seruatur ordo in reliquis Concilij actionibus, Legatis subseribentibus ante Tharasium Constantinopoli Archiepiscopum.

Octavo Concilio generali Constantinopolitano 4. sub Hadriano 2. anno 870, hec de praesidentia inueniuntur act. i. convenientibus autem Donato, & Stephano Deo amabilissimis Episcapis, & Marino Venerabili Diacono, locum tenentibus Adriani SS. ac Beatisimi Archiepiscopi senioris Roma: quod etiam in omnibus Concilij actionibus obseruatur: & etiam constat ex præfatione Anastasi Bibliothecarij Apostolici, huic Synodo præfixa, ipsi que Adriano Pont. directa: ac etiam manifestum sit ex epist. ipsius Concilij ad eundem Pontificem misa; & denique ex his, quæ leguntur in fine act. 10. ubi in subscriptionibus primo loco hæc ponitur. Ego Donatus gratia Dei Episcopus Sancta Ostiensis Ecclesiæ, Locam obtinens Domini mei Adriani Summi Pontificis, et Universalis Pape, omnia squaliter superioris leguntur, huic Sanctæ, et Universali Synodo præsidenti, usque ad voluntatem eiusdem eximij Præsulis, promulgavi, et manu propria subscripti. Et sub eodem verborum tenore sequuntur Stephani Episcopi Nepotini, & Matini Diaconi subscriptiones: postea vero quarto loco legitur Ignatius misericordia Dei Episcopus Constantino paleos, noua Roma, Sanctam hanc, et Universalem Synodus suscipiens, et omnibus, que ab ea iudicata, et scripta sunt concordans, et dissidiens subscriptioni manu propria.

Atque eadem methodo omnes alij Patres subscripsi: ex quo notare possumus soles legatos munus

præsidentie vice Multani obtinuisse. Hinc præxiā in his primis oīo generalibus Concilijs obseruatū re- censuimus; nū in reliquis præsidiis Romanois Pon- tifices per se, vel per suos legatos, apertius constat, nec in eo est aliqua controvērsia, vt Cardinalis Bellarmi- nus notauit. s.

Nec huic veritati dissecent Constantiensis, cum sess. i præsedisse Ioannem 23. fateātur Conciliū his verbis *Sacra, et Universali Syntodo in Ecclesi a Constantiensi presidente prefato D. Papa solemniter congregata.* Deinde quia sess. 14. ex decreto Gregorij 12. remoue- tur omnis præsidentia Ioannis 23. per se, vel per lega- tos suos, quatenus officius prætealo iuri Gregorij ad papatum. Quod decretum admisum fuit à Concilio, executioni que mandatum, vt latius ibi: sicut mens Constantiensis erat soli Romano Pontifici competere præsidentiaz ius in Concilijs generalibus: nec de hoc rationabile dubium extare potest, vnde apleniori pro batione superedemus.

Certissimum item est tertio quodlibet gene- rale Cōciliū ad sui roborem, & firmitudinem appro- batione, ac confirmatione Romani Pontificis, certi, ac indubitate egere: nec absque illa ratum, ac firmum esse posse: quæ veritas etiam ex praxi oīo prædictorum generalium, ex quibus ceterorum desumpta est forma Conciliorum, plenissime constat. Nam Primum Nicenum epist. ad Sylvestrum Papam directa hæc ha- bet hinc: quidquid autem constituius in concilio Niceno- precamur vestri oris consortio confirmetur: quod execu- tum fuisse Santissimum Pontificem, constat ex rescrip- ta ipsius epist. ad Concilium, vbi hæc loquitur. Nam et confirmo, figo que ad doctrinæ vestrae clamantes de myste- rio, vel unitate Trinitatis: christiani vos secundum dicta, et doctrinam euangelicam, sanctam accepisse gratiam: de qua examinationis probo vera fuisse, et esse māsura, quæ in res- trictum nostrum que manuere mysterium: meum chi ro gra-

qbum, & discipulorum meorum offeret vestro Senato Concilio, quidque a constituis una parem dare consensum. Itē reperitur huius Concilij confirmatio per eundem SS. Siluestrum in Concil Romano 3. tub his verbis sylvestri Episcopū Sanctæ, & Apostolicæ sedis Vrbis Romæ dixit: quid quid in Nicæa Bithynicæ constitutum est, ad robur Sanctæ Matris Ecclesie Catholice, & Apostolices a Sanctis Sacerdotibus 318. nostro ore conformiter confirmamus. &c. Hancque veritatem comprobat Baronius ex antiquissima Ecclesiæ traditione. x

Secundum vniuersale Concilium Constantinoopolitanum constat à Ss. Damaso, tunc in Romana esse Synodum agente, confirmationem exquisisse, ut legitur in epistola ad ipsum, reliquos que Episcopos Romanis tibis misa, in qua postquam omnia ad ea Constantino poli recensentur, hęc verba leguntur: quibus rebus tamquam legitime, & secundum Ecclesie canones à nobis constitutis, obsecramus vestram reverentiam, ut congratuletur &c. 3 Obtinuisse autem expeditam confirmationem, tradit Photius libello de 7. Synodis, atamen intelligendum est, quoad ea, que ad Macedonianę, & Eunomianę heresis, & fidei Nicænę confirmationem spectant: Baronius ad ann. 381. ex vetustissimo codice in Vaticana, alijs que Bibliothecis inuenito hęc tradit sententiam de damnatione Macedonij, & Eunomij Damasus confirmari præcepit, etiam in Sancta 2. Synodo, qua præcepto, & auctoritate eius apud Constantino polim celebrata est. Ex quibus manifeste colligitur huius sententię approbationem, ac confirmationem minime denegasse, ut pote a se primo ordinatę, ac præscriptę Vide Scheratum Binium in notis ad hoc Concilium verbo approbatum. z

Tertium generale Ephesinum post impij Nestorij damnationem literas à SS Cælestino per suos Legatos Proiectum, & Archadium Episcopos, & Philipum Presbyterum accepit, in quibus iuxta ipsius dispositionem

sitionem, vicesque confirmare, & approbare iubet die
tanta sententiam, quam in effectu confirmarunt, ut
pater ex Concilio a.d. 1. & 3. vnde Greg. l. 1. Epist. 24.
se hanc Synodum tanquam Euangeliū venerari affir-
mat.

Quicquid Chalcedonense in relatione ad SSg
Leonom habebat. Rogamus igitur, & tuis decre-
tis nostrum honorauitum, & secuti nos capiti in bonis
adiecius consonantiam, sic & summa tua filij, quod
debet, adimplat; & paulo ante post distinctorum ces-
lationem: hec (inquit) sunt, que tecum, qui in
spiritu praesens eras, & complacere, tanquam fratribus de-
liberasti, & qui pene per tuorum Vicariorum sapientiam re-
debaris a nobis, effecimus. A. Etiam in Epistola Leonis
ad Episcopos, qui in Chalcedonensi Synodo fuerunt
congregati haec leguntur: omnem quidem fraternali-
tatem vestram nosse non ambigo definitiones S. inde Sg.
nodi, quae ob confirmationem fidei in Chalcedonensi Ciuita-
te celebrata est ceto corde me fuisse complexum: aliqui
bus que interiectis prosequitur: Ne ergo per malig-
nos interpretes dubitabile videatur, utrum qua in Synodo
Chalcedonensi per manilitatem vestram de fide statuta
fuerit, approbem, huc ademnes fratres, & Coepiscopos nostros s.,
qui preedito Concilio interfuerint, scripsisse direxi, quae glo-
riosissimus, & clementissimus Princeps, sicut poposci, in no-
ticiam vestram misere pro Catholica fidei amore dignabi-
tur: ut & fraterna uniuersitas, & omnium fidelium corda
cognoscant, me non solum per fratres, qui vicem meam exer-
centi sunt, sed etiam per approbationem gestorum S. gnodalium
propriam vobis cum iniisse sententiam, in sola videlicet fi-
dei causa (quod spe dicendum est) propter quam generalis Co-
cilium, & ex parte Christianorum Principum, & ex con-
sensu Apostolice sedis placuit congregari, damnatis hereti-
cis, qui si corrigi valuerint, nulla penitus resideret de vera
D.N.Iesu Christi incarnatione dubitatio. Vnde signis In-
quani ansa fuerit, vel Nestorij perspiciam theret, vel Eutio-
chitis,

223

ghetis, aut Diocorii iniurium dogmati defendere, à Catholicorum communione resecetur, nec habeat eius corporis participationem, cuius ab negat veritatem. Hæc Leo I. de huius Concilij approbatione, quæcum vero ad illud quod de Constantino politanæ sedis post Romanam primari fuit ibi decretum, nullatenus confirmare voluit S. Pontifex, sed omnino respuit, casumque atque innane declarauit, ut constat ex eadem epist. & ex alia ad Anatolium Constaatinopolit. Antistitem. b.

Quintum Concilium generale Constantinopolit. a. approbatum à Vigilio Papa omnes statentur, licet in tempore quo hæc facta fuerit approbatio, non parum sit disidijs; Gregorius tamē lib. 2. epist. 36. testatur Vigilium aduersus Concilium hoc repudiantes libellum scripsisse: & epist. 24. ad Ioannem Constantino polit. Episcop. ait: quintum quoque Concilium pariter veneror: certissimum tamen est hoc Concilium approbatum, legitimum que iam ab omnibus Orthodoxis recipi ac teneri, ut plane concludit Severinus Binus in motis ad ipsum verbo approbatum. Consule ibi. c.

Sextum generale Concilium Constantinopol. s. ab Agathone Papa confirmationem expostulavit, ut habetur ex epist ad ipsum missa in qua postquam acta ipsius Synodi compendiose referuntur, hæc subnectuntur: quæ (id est fidem) ut iterū per honorabilia vestra scripta confirmaretis, vestram oramus paternam sanctitatem: que epistola, cum ad urbem peruenire, iam SS. Agatho Pontifex è vita migrauerat: quæ propter Leo 2. ciuidem sucessor per Constantini Imperatoris epistolam rogatus, ut Synodus ipsam approbaret, annuit, ut patet ex rescripto ad Constantinum, in quo postquam plurimum congratulatur de his, quæ in Synodo definita fuerant, hæc sub iungit: id circa & nos per nostrum officium, hæc reveranta sedes Apostolica concorditer ac unanimiter his, que definita sunt ab ea, consenserit, & B. Petri auctoritate confirmat, sicut supra solidam petrum qui Christus est, ab ipso

Dominus a deo est firmatatem: d. & quamvis harum non sit
ma sit epistolarum fides, sed uti corrupta, ac de prava-
tæ censuratur, quatenus Honorium SS. Pontificem la-
be hereticos maculare videantur, non tamem, quoad
confirmationis petitionem, ac impetratorem supe-
rata sunt: preterquam quod h. s. non obitantibus, Syno-
dum 6. hanc in 7. & 8. generalibus Conciliis probari,
ac confirmari licimus.

Septimum generale Nicænum a. approbatum
fuisse à Leone Papa testatur Iuo part 4. cap. 157. aduer-
sus calumniantes autores illius libelli, qui mentito-
loci, ac typographi nomine ann. 1549. dolosus Eliphi-
li euulgauit impostor sub Caroli Magni titulo: atta-
men ab ipso Hadriano approbatum fuisse septimum Cö-
cilium generale hoc, ut pote ipsius tempore celebra-
tum, non obscure colligitur ex epist. ipsius ad Carolum
Magnum, in qua accertrime Concilium defendit: quod
utique non facere, si approbatum a se non esset. Vide
Seuerinum Binium in notis verbo *Approbatum vb i*
pleniū.

Octauum generale Constantinopolit 4. confir-
mationem à SS. Hadriano petiisse constat ex epist. ad
ipsum missa, vbi, postquam de actis in Concilio sumatim
rationem reddit, hæc verba subiungit: igitur libenter,
eppido, & gratauerit imit arce Dei Sanilitate vestra om-
nium nostrum conuentum, & universaliter huius, atque Ca-
tholicis Synodi consensum, & consonantiam recipiente, præ-
dicadeam magis, ac veluti propriam magis, & sollicitius cō-
firmare coágelicis præceptionibus, & admonitionibus vestris,
ut per sapientissimum magisterium vestrum etiam alij Uni-
uersis Ecclesijs personet. & suscipiatur veritatis verbum,
& iustitiae decretum. Extat vero hec epist. act. 10 Con-
ciliu huius. Quod vero ab Hadriano Paul. confirma-
tum fuerit, restatur Anastasius Bibliothecarius in eius
vita: & universaliter ab omnibus Orthodoxis amquā
œcumericum, à sede que Apostolica probatum, habe-
tur.

tut. Consule Scuerinum in notis ad ipsud.

Deinde omnes has octo generales Synodos ab Ecclesia probatas, & tamquam firmissimæ fidei, receperat, testatur professio fidei, quam recitare solebat summi Pontifices, cum ad Sacerdotale fastigium eligebantur, habetur que in diurno lib. & refertur cap. sancta octo dist. 16. ex qua Ecclesie, ac Conciliorum praxi clare demonstratur, generalia quæque Concilia ad sui firmitudinem, & valorem necessario egere approbatione, ac confirmatione Romani Pontificis, nec aliter posse firma, ac rata esse; quod ipsum etiam constat ex cap. Regula dist. 17. vbi Iulius 1. Papa sic loquitur nec ullum ratum est, aut erit unquam Concilium, quod non faliūm fuerit eius autoritate: id est Apostolice sedis. Item ex alijs pluribus iuris canonibus, quorum aliquos referemus in notis. e Nechui veritati videtur oppositum Constantiensē Concilium, cui tantum Gallicanus fudit Clerus; nam less. 45. quæ est ultima eiudem confirmationem constat postulasse à Martino 5. quam ipse cum limitatione cœcessit, vt ibidem refertur sic: quod omnia, & singula determinata, conclusa, & decreta in materijs fidei per præsens Concilium, conciliariter tenere, & innobiliter obseruare, volebat, & nunquam contraire quoquo modo. Ipsa que sic Conciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo: quo decreto prolatō, iterato fecit dici Pontifex Martinus 5. ac publicari per organum Augustini de Pisis fiscalis, vt ibi plenius: quod vero nemo ex Concilij Patribus, nec alius quis, contradixerit limitationem præ dictæ confirmationis, nec ab ipsa appellauerit, patet ibidem: ergo quia omnes assensum præ buere, recognoscentes in Romano Praetule potestatem approbandi generalia Concilia, vel ipsa reprobandi, secundum quod sibi videbitur expedire.

His ergo, ut certis, suppositis, iam ad principali questionis scopum accedamus: certum enim ex pra-

Ecclesiae, iuribus que convicimus, peruetussum meum obseruatum in ipso fuisse, quod Concilia generalia minime sunt; nisi Romano Pontifice conuocante, presidente, ac confirmante: quibus prælibatis, ut verissimis: sic argumentum forma deducimus. Id quod ita exspectitur necessarium ad esse fieri, conseruari, ac perfici alicuius rei, ut sine ipso in illo statu queat persistere, omnino & absolute est superior tali re, ad quam, seu ad cuius esse, est necessarium: ast generalia Concilia ita dependent à Romano Pontifice: ergo omnino & absolute sunt ipso inferiora; in ali est perse nota, cum ex dependentia a priori necessario inferioritas coniunctatur: mi patet ex dictis, namque fieri, & esse generalis Concilij dependet à Romani Pontificis conuocatione, seu indictione: conseruari, seu ipsius duratio à presidentia perse, vel per legatos suos, & ab eius regimine, dispositione, ac voluntate: perfici vero, seu ratum, ac firmum, validum que persistere, dependet à Pontificis approbatione, & confirmatione, ut probatum iam relinquimus: igitur omnino & absolute generalia Concilia in omnibus à Romano Antistite dependent, ac consequenter simpliciter sunt ipso inferiora.

Secundo, & absolute probatur hæc veritas nā, ut superius ostendimus Romanus Pontifex caput est, ac Pastor uniuersalisk Ecclesie, Christi que Vicarius supremus: sed munus capitatis, Pastoris, ac supræmi Vicarii Christi nulli potestati humanæ, ac creatæ est subiectum, & inferius, sed tantum diuinæ, & supremæ ipsius Christi D. ergo Concilij generalis potestas nullatenus superior est Romani Pontificis potestate, sed omnino inferior, ipse que subiecta mai est fidei dogma certissimum; nec à Gallicana declaratione negatur: cum in p̄z allegato §. id expressæ fateatur, ut vidimus, mi. Multiplicitet suadetur: nam potestas capitatis, Pastoris, & Vicarii Christi est eadem Domini potestas, derivata per Petrum ad ipsius successores: ast Christi Salvatoris

teris auctoritas, & potestas nulli aliae potestati; praeter quam diuinæ subiecta erat: ergo nec potestas Petri, & successorum Romanorum Pontificum alicui alteri potestati, praeter diuinam, ac ipsius Christi subdita est: mai. habetur expresse cap. quanto ext. de traslat. Episc. vhi Innocentius 3. sic ait: non enim homo sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed vicem Dei gerit in terris) Ecclesiarum necessitate, vel utilitate gensata, non humana, sed diuina potius auctoritate disoluit: igitur potestas, & auctoritas Romani Pontificis, est eadem Christi diuina, ac suprema potestas: & consequenter nulli aliae potestati creatæ inferior, aut subiecta.

Sed dices hæc Christi D., potestas immediate fuit commissa toti Ecclesiæ, ut ipsius sponsus, iuxta illud Oscæ f. sponsab⁹ te mihi in fide. Ergo illa potestas summa, & diuina per prius est in communione cœtu Ecclesiæ, seu in Concilio generali ipsam representante, quam in capite, seu Romano Præsule, Christi Vicario.

Ait hæc minime obstante, nec vita nostræ in fringunt rationis, etenim sicut Christus D. Petru, & successores Vicarios instituit suę potestatis, ut ipsius vires agerent: ita sponsi visibilis munus commisit, ut Ecclesiæ sponsæ suę curam agerent, ipsiusque necessitatibus subuenirent, sed sponsi munus neutquam inferioritatis est signum, sed superioritatis, ac præminentie; iuxta illud Apostoli caput autem mulieris vir: ergo Vicarius Christi, qui vice ipsius sponsus est Ecclesiæ, ut ait Calixtus Papa cap. sicut alterius uxoris: 7. q. 1. & cap. Ecclesiæ meæ: d. 87. & ex parte immunit. Eccl. cap. quoniā in 6. vbi Pontifex nos institutam nostrā, & Ecclesiæ sponsæ nostræ volentes negligere omnem, supramanū super Ecclesiæ corpus potestatem habet, dicente Apol. tolo: mulieres viris suis subditas sint sicut Domino, quoniā vir est caput mulieris, sicut & Christus caput Ecclesiæ. f. Eccl. in Genesim cum muliere loquens Deus: ubi viri potestate viris, & ipse dominabitur tuis. b.

Expla-

Explicatur amplius hæc veritas, quia Romano Pontifici, ut dixit Dominus omnis est ouile Ecclesiæ; aut contra naturam gregis est regere, pastori quem superiorum esse; sed è contra à suo pastore gubernari, ipsi que sub lumen omnino de existere, uti ipsud naturale lumen demonstrat, suadet que mater experientia ergo universalis Ecclesia, seu omnis fidelium extus, qui unum Ouiile Domini constituant, sub uno debet esse Pastore Romano Pontifice, ac Christi Vicario, ipsi que in omnibus obtemperare, & subiici.

Sed Respondebis iterum; hanc regendi, & gubernandi potestatem existere in Romano Praetule, tamquam in Ecclesiæ ministro, sicq; esse potestati universali Ecclesiæ, seu generalis Concilij, ipsam representantis, subordinataim, ipsa que minorem, consequenter que generalem quamlibet Synodum habere potestatem maiorem, seu superiorum Romanorum Pontificis potestate. Attamen hæc parum nostræ veritati officiunt: nam ministerialis potestas Papæ est excellentiæ, non inferioritatis potestas: perindeque semper superior manet omnia in Ecclesia residente: ad modum quo Christi Domini potestas, licet ad Ecclesiæ ipsius ministerium ordinata, ut ipse testatur, cūdese ait, nō veni ministerari: sed ministrare i nō potest intelligi, quod fuerit potestas, seu ministerium, inferioritatis notam admitens, sed omnia sibi subiectens, iuxta illud: omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. K Ita similiter sui Vicarij, Romani Pontificis potestas, licet in ministerium, & curam Ecclesiæ fuerit à Christo instituta, non tamem fuit, nec unquam erit inferior reliquo fidelium cœtui, sed uti Receptoris, ac Pastoris potestas, semper manet superior universo gregi siue congregato, siue diuiso. Potestas namque, quam Christus Ecclesiæ sua tradidisse scimus, minime fuit speciei diuersæ ab ipsius Domini potestate: Sed hæc fuit potestas supræma, ac Monarchica, perfectissime que in uno solo capite, ac Princeps residens: ergo

ergo eiusdem rationis esse debet illa, quam suis Vicariis ad perfectum suæ Ecclesiæ regimen dereliquit: alias non esset plene, & complete per omnia prouisum perfectissimæ gubernationi Ecclesiastice hierarchię; nec in militantे Ecclesia relucet et militiæ cœlestis ordo, instar cuius formata est, cum ille ab uno incipiat in quo omnis supræma, & vniuersalis potestas, & auctoritas residet, aqua non solum quodlibet individuum multitudinis, sed vniuersa multitudo dependet, & non è contra, ut omnibus compertum est. Sic igitur similiiter summus Pontifex vires gerit Christi D. in ipius regno, quod est Ecclesia, sicut ipse Christus ipsam rexuit, ipiusque extitit rector, ac moderator: sed Christi Servatoris potestas non fuit participata, nec dependens à multitudine, seu vniuersitate fidelium, sive coniunctione, seu copulatiue, sive disiunctiue, aut dispersa consideretur: igitur similiiter Romani Præfulus supræma potestas, ac à Christo D. sub delegata auctoritas, non est participata, nec dependens ab Ecclesia, sive dispersa, sive congregata, sed omnino independens, & superior tota congregatione, & collectione fidelium, quo modocunque consideretur; vnde nulli Concilio, quantumvis vniuersali, erit subiecta, aut ipsius legibus obnoxia. Quod optimè expressit Patchalis Pont. Panormitano Archiepiscopo sibi talia obijcienti rescribens habetur que cap. significasti. ext. de elect. vbi sic loquitur: aiunt in Concilijs statutum non inneniri: quasi Romana Ecclesiæ legem Concilia illa præfixerint, cum omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, et facta sint, et roubur acceperint. et in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas. Igitur Petri, & successorum potestas omnino, & per omnia (extra hæresis casum) excepta est à Conciliorum generalium auctoritate, prorsus que illa superior. Nec declarantes Galli extum generum, verum que, & iuxta Ecclesię determinaciones, sanam que doctrinam allegare poterunt; cum pe-

nec nil magis repetitum, quam supremam Romanę sedis supra vniuersalem, omnemque Ecclesiam tradidat ipsa iuria, Concilia, & Patres.

Nec valet Constantiensium effugium, quando dicunt Romanum Pontificem habere quidem potestatem super omnem Ecclesiam particularem; non vero super omnem Ecclesiam congregatam in Concilio generali, quæ vniuersalem fidelium extum representat: quam euasionem indicant explicantes Vuicleti errorum, qui est 41. ex ibi relatis fest. 8. in quo dicebat: non est de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesiæ. Guius expositionem sic ibidem affigunt: error est, si per Romanam Ecclesiam intelligentiam vniuersalem Ecclesiam, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret summi Pontificis primatum super alias Ecclesiæ particulares. Nō, inquam, hoc valet effugium: nam præter quam quod expresse opponitur p[ro]p[ter]e allegato Paschalis textui, etiam rationi manifeste repugnat. Nam Christus Dominus constituit Petrum Pastorem, caput, Rectorem, Oeconomum, Principem que sibi ouibus, necesse Ecclesiæ, atque eiusdem mystici corporis, dominus, & regni: ut ad illud pasce oves meas: exponit Chrysostomus his verbis: loco mei præpositus es tu, & caput fratrum tuorum: ait rationi aduersatur, quod Ouile, corpus, dominus, ac regnum sint super Pastorem, caput, Oeconomum, ac Regem: siue congregati, siue diuisim spectentur, alias omnis boni regiminis interteretur ordo, sola que maneret pernicioſa confusio; dum nec oves à Pastore dicerentur, nec membra capitis sequerentur ductum, nec serui, aut ancillæ Oeconomi sui præcepta seruarent; nec subditi, aut Vasalli Regis obtemperarent legibus; etenim facile ad non obsequendum adunari possent: ergo omnino est rationi aduersum, quod Ecclesia, etiam conciliariter congregata potiori, quam caput suum, Pastor Oeconomus, ac Princeps gaudeat potestate.

Deinde quia Christus absolute, & sine restrictione, exceptione ut aliqua Ecclesiam suam Petro commisit regendam ; sed nec Ecclesia Conciliariter sumpta, nec Cœciliarior congregata, amittit proprietatem nominis, nec rei proprietatem, sed semper manet vere, ac strictissime Ecclesia ; ergo potestas Petri, ac successorum semper sine discriminâ, aut differentia extenditur supra omnem Ecclesiam vniuersaliter, & non solum, prout Ecclesia dicit particulares, ex quibus integratur Ecclesia, sed quatenus vniuersitas quedam est, corpusque unum, ac res publica sub una indivisiibili Christi fide unita.

Vt et ius clarissime sibi ipsis pugnare Constantienses ostendimus : nam ex eo assertunt generale Concilium esse supra Romanum Pontificem, quia (ut ipsi singunt) Concilium, etiam prout à Vicario Christi separatum, hoc est, prout non includens Romani Praesul's consensum, seu auctoritatem, habet potestatem immediate à Christo, per inde que omni, etiam, Papali superiori : sed etiam alia ex parte affirmant Papam habere à Christo D. immediate auctoritatem, esse que immediatum, & proximum ipsis Vicarium, ut patet ex condemnatione articuli 37. Vnde Cletsi, in quo assertebat, quod: Ecclesia Romana est Synagoga Satans, nec Papa est immediatus, & proximus Vicarius Christi, et Apostolorum : quem articulum cum ceteris eiusdem Hæretici relata sunt 8. condemnarunt, ut ibi patet : ergo sibi ipsis pugnant Constantienses : consequentiam ostendimus, implicant dñs supræma, ac independentes nec subordinatæ potestates in eadem linea, ut omnibus manifeste est notum : nanque alias esset quelibet illarū potestas supræma, & nō supræma, supræma : ut supponitur nō supræma, quia intra eandem lineam aliam haberet, consequenter quod nulla prima ac supræma esse posset : sed Constantienses duas supræmas, primas immediate que à Christo traditas agnoscunt, unam in gene-

generali Concilio, ut à capite diuiso : aliam in Papa : ergo sibi ipsis opponuntur manifeste.

Nec valet, ut pro ipsis respondeatur, ut tramque potestatem Papæ scilicet, & generalis Concilij esse à Christo immediate, sed Ecclesiæ potestatem, huc Concilij generalis potestatem papali superiorum esse, hanc que alteri subordinatam, & subiectam : perinde que Concilium superius esse Romano Pontifici, ipsu m' que iudicare posse. Nullius in quam roboris est hæc responso, nec oppositam Constantiensium contradictionem evitare valet, siquidem, ut iam ostendimus, Ecclesiæ regimem esse Monarchicum, fides docet; unde impossibile est, quod adimitat ullam supremam potestatem, quæ unico in capite, ac principe non resideat, alias esset Aristocraticum, vel Democraticum regimem Ecclesiæ, quod nefas erit suspicari : sed cum Monarchico regimine manifeste pugnant due supremæ potestates, quia unitas depravaretur imperantibus : ergo in Ecclesia nequeunt esse : igitur tantum unicæ potestas supremæ ; sed hæc nequit existere in tota collectione seu cœtu fidelium, quia iam esset Democracy, nec in Optimatibus, seu Præsulibus, quia iam Aristocracia : ergo tantum esse potest in uno Principe, ac Rectore supremo, scilicet Vicario Christi, ac Petri successore Pontifice Romano : ponere igitur duas potestates supremas, immediate que à Christo collatas in Ecclesia manifesta est contradicçio, & error.

Deinde quod potestas Papæ nulli aliæ inferior sit, non obscure infertur ex Bulla Martini 5 data in eodem Concilio Constantiensi in qua, interrogatorio faciendo suspectis de heresibus Vincelli, & Ioannis Husz, hæc inter alia inbet exquiri : Utrum credant, quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, cius nomine proprio expresso, sit successor B. Petri, habens supremam potestatem in Ecclesiæ sit

si Dei Etiam que ibi exquirendum præcipit: Virum
 credant, quod B. Petrus facit Vicarius Christi . habens
 potestatem ligandi, & soluendi super terram? Ergo ex
 mente Martini s. Summi Pontificis manifeste ha-
 bemus, tamquam suspectos de heresi habuisse negantes
 Romanum Pontificem legitime electum esse succe-
 forem B. Petri, ac Christi seruatoris nostri Vicarii,
 supramque potestatem in Ecclesia Dei habere.
 Nec huic veritati . ac decreto in aliquo repugna-
 uit Concilium; quod posset, si dissentiret, esse: si
 quidem decretum prædicentum datum fuit 24. di-
 Februarij, anno 1427. tunc que Constantiense Conci-
 lium non dum absolutum erat, si quidem duraui-
 usque ad diem 22. Aprilis eiusdem anni , post que
 expeditionem prætari decreti , seu Bullæ duæ sec-
 siones celebratae sunt, videlicet 44. die 19. & 45.
 die 22. mensis Aprilis, anni predicti: consensit igitur
 plenum Concilium Constantiense in eo, quod
 Romanus Pontifex supramque potestatem , nulli
 que aliz creatz subiecta, tenere in Sancta Dei Eccle-
 sia: quod manifeste pugnat cum Gallicanæ declara-
 tionis placito , quæ Romanum Pontificem genera-
 li Concilio inferiore ac subiectum fingere inten-
 dit , huius Constantiensis Concilij falso fundata
 auctoritate: nam si totum Concilium perpendisset,
 Martini que Pontificis confirmationem, limitationes
 que attente considerasset, forsitan quam patum si-
 bi tueat Concilium reperisset. Unde sicut Con-
 stantienses sibi pugnare competimus, posteriori titulo
 declarantes Gallos sibi met oppositos etiam dicemus,
 cum duas quoque potestates supramque in Ecclesia Dei
 tollocare velint: dieunt nanque in §. 2. iam citato suæ
 declarationis : sic autem in esse Apostolicis sed, ac Petri
 successoribus Christi Vicarijs, rerum spiritualium plenam
 potestatem, ut simul, &c. Vbi iam fatentur sumam esse
 Romani Pontificis potestatem, seu plenam: alii postea

volunt quod Pontificis potestas sit minor, & inferior
Concilij generalis potestate : ergo ubi met oppositor
ostendunt : probatur consequentia; nam esse aliquid
summum in aliquo linea, est habere plenitudinem illius
lineæ, seu quod nihil ipso de illa deficit : sed ut Ga-
lli assertant potestas Papæ est plena in linea spiritu. li.
igitur & summa, atque suprema in ea linea : tunc
sic, sed quod summum, est, & supremum non potest ea
parte, quia tale est, superiorum habere, alias non esset
summum, nec supremum : ergo si potestas papalis est
plena, & summa nequit supra se habere aliam, con-
sequenter que nequit esse inferior potestate Concilij ge-
neralis; vel si inferior sit non erit plena summa, ac pri-
ma in spiritualibus potestas, contra dicta, accepta que
ab ipsa declaratione, ex quibus manifesta ejus patet co-
tradictio. Quo genere argumenti usus est Hadrianus
Pontifex in Canonibus, quos contra accusatores, &
oppressores Episcoporum edidit ann. 785, quoru can. 3.
sic habet : *Quoniam eadem Sede (Romana scilicet) re-
stante veritatis voce, primatum obtinuit, nec prima dice-
retur, si alium super se haberet. Similiter ergo si Romanae
sedis potestas primatum obtinet super omnem
aliam, certissime nullam superiorē agnoscit in Ecclesias.*

Nec officit, si dicant veraeque potestatem, Papæ
scilicet & generalis Conciliij esse supremas, nec una
sub alia. Hoc inquam non officit : nam in primis nō
convincent intentum Gallicane declarationis, si quidem ex eo non sequeretur Concilium generale esse su-
pra Papam, nec ipsum iudicare posse, cum, ut haber
communis regula iuris, par in parem non habeat impe-
rium ; & tunc iuxta cusionem utraque potestas Con-
ciliij generalis videlicet, & Romani Pontificis, & alter
equalis, nec una alteri sub ordinata : consequente q
utraque superior, & prima, sic que alteram non posset
compeller, ex quo manifeste destruetur positio de-
claratio-

clarationis. Deinde quia deus summae supremæ que potestates unitatem scinderent Ecclesiae, que in unitate fidei, vniusque Dei, & Baptismatis, fundata persistit, igitur et iam in unitate vnius Capitis vlsibilis, & vnius supremæ, vnicæ que tantum potestatis, in Romano Pontifice residentis : alias non vnum corpus perfectum, sed monstruolum esset Ecclesia, contra illud sponsi mea est forma mea, immaculata mea: si duplex caput, binam que supremam includeret, non subordinatam, potestatem, & quarum neutra sub alia esset.

Vtterius contra Gallicanæ declarationis auctores ex corundem insurgimus doctrina : nam ex eo in §. i inferunt Reges, ac Principes in temporalibus nulli Ecclesiastice potestati . ex Dei ordinatione subiici : quia ut premitunt non est potestas nisi a Deo : perindeque Reges, utpote a Deo habentes potestatem temporalis, nullum circa temporalia superiorum habent: hæc ipsorum videtur ilatio declarantium (de cuius veritate postea agemus) nunc vero sic in iplos illusionem suā devoluimus : sed per vos B. Petro, eis qui successoribus Christi Vicarijs, rerum spiritualium, & ad salutem exteram pertinenterum, a Deo tradita est potestas. Vt verum est, & præ allegato §. i. fatemini : ergo sicuti Reges, quia à Deo temporalem potestatem acceperunt, nullam super se potestatem intemporalibus habere vultis, nec in his Pontifici, aut Ecclesiæ vniuersali, vel generali Concilio subiici. Similiter quia Romani Pontifices immediate à Christo in spiritualibus potestatem accipiunt, nullam potestatem superiorum in Ecclesia recognoscunt, nec vniuersali extuli, nec generali Conclido subditi erunt, sed absolute, illimitatam que potest esse, nemus super particulares Ecclesiæ, sed etiam super vniuersitatem, ac super generale Concilium habere necessario ex vestris conuincitur principijs: quipus assignabilis videatur de uno casu ad alterum vera aliqua dissensio.

Ydat, in quaque etiam quædam ratione obsequi, q. 14. 1. 11. Iana obsequi.

Iam vero disquitendum venit (ut omnem Galli
llianæ declaracionis examine mas subsistentiam) quid
auctoritatis habent præ allegatae Concilij Constan-
tiensis sessiones 4. & 5. in quibus præcipue Galli nitun-
tur : quo inspecto, facilis manebit huius argumenti
soluendi via ; & licet plus solito aliquantulum in his
nobis sit immorandum, tamem omnino prætermitere
non possumus, quia, ad rei veritatem manifestandam,
multum iuvabit.

In primis ergo certissimum est, Constantien-
se Concilium convocatum fuisse præcipue ob schisma, ¶
quo iam diu Ecclesia laborabat, ab electione scilicet
Clementis dicti 7. qui Fundis (viuente Urbano 6. quem
communi suffragio Romæ 6. Nonas Aprilis anno 1378.
Cardinales elegerant) ab ipsis Cardinalibus (vno ex-
cepto, qui Urbano ad hæsit) metum in Urbani electio-
ne allegantibus inter fuisse, Papa est nominatus : hinc
igitur subiectum schisma, alijs vni, aliis alteri parti fa-
uientibus, varijsque rationibus papatus ius altercanti-
bus, cōtinuatū fuit in Ecclesiâ damnū alijs in illorū lo-
cū succeedētibus, prædictā, ac pernicioſissimū Schisma,
quod ita invaluit, ut nō nisi post 36. annos in Costatiensi
concilio sublatum fuerit. Tres igitur erant illo mi-
serabili tempore super papatu contendentes, scilicet
Balthasar Cossa, qui Ioannes 23. in sua nuncupabatur
obedientia. Angelus de Coriario, qui Gregorius 12. &
Petrus de Luna, qui Benedictus 13. tandem in dictum
fuit Constantiensis concilium, seu Pisani continuatio-
nem per Bullam præfati Ioannis 23. datam Laudę 5.
Idus Decembrii pro ut sess. 1. videtur inserta: inchoa-
tum que fuit concilium in Constantia, scilicet prima
sess. habita die veneris decimo sexto Nouembris
anno 1414 ab obedientia predicti Ioannis 23. alijs que-
duabus deficiuntibus, Gregorij 12. videlicet, ac Be-
nedicti 13. sic que in hac 1. sess. Praeses fuit Ioannes.
Secunda, quoque ipso Presidente, acta fuit die 2. Mar-
ti ann 1415. in qua promisit renuntiare papatui, si, &
quando

quando Gregorius, ac Benedictus contumarentur. Post
 hanc vero sessionem Ioannes Constantiū de seruit,
 se que in quoddam Ducis Austriae Opidem, mutato
 habitu, clam noctu que recepit. Tertia vero sessio
 die 25. Martij acta fuit, Presidente Petro Cardinali Came-
 racensi, ac in ea declaratum non officere Concilio re-
 cessus Ioannis 23. nec ob id deberi dissolui, etiam si que
 ordinationes in contrarium sedē fuissent, vel post mo-
 dum fierent, donec prae dictum extirparetur Ichimia.
 Quarta, die 30. Martij, p̄ allegatum de potestate Co-
 ciliij ipsius auctoritate decretum edidit. Quinta, die
 4. Aprilis, ipsius decretum confiunxit, & approbavit.
 Ioannis que à Constantia recessum, illicitum fuisse, pro-
 nunciavit, ac ipsum teneri ad effectum reducere pro-
 misam papatus cessionem, & alias q̄. od., ipso renuen-
 te, ac reluctancee, poterat à Concilio deponi, & ad red-
 ditum ad urbem Constantiæ etiam temporalibus, seu
 corporalibus penis compelli : & denique Sigismundo
 Romanorum Regi commisit, ut pr̄ eisdum Ioannem ad
 Constantiam reduceret : quod Rex, acceptauit, illum
 que, etiam si inuitum, trahere spondit. Sexta, die 17.
 eiusdem Mensis, declarauit Conciliū, prefatum Ioanne
 teneri facere procuratorium super papatus cessione fa-
 cienda: & insuper ad ipsum misit legatos, qui ei intima-
 rent, ut veniret ad Concilium, vel ad unū ex quatuor,
 quos ipsi assignabat, locum, a quo non discelurum abs-
 que Conciliij bene placito, publico instrumento premit-
 teret. Septima iesione, die 2. Maij, accusata fuga
 Ioannis per Promotorem fiscalem Henricum de Piro,
 ac ipsius contumacia : tandem decrevit Concilium
 Ioannem viterius citari, illi que saluum conductum co-
 cedi, ut reddiret ad Constantiam, in ea que libere ma-
 nesceret securius &c. Ut ibi fuse. Octava, die 4. eiusdem
 Mensis celebrata contra Vuicellum, ipsius que errores
 actum est. Nonā sessio, die 13. Maij, Ioannes 23. per Bu-
 llam quandam procuratores hominabat, ut in sua causa

responderent ; quibus nolentibus tale procuratorum
 munus admicere : iterum reclamante promotore, ta-
 dem Concilium iussit praedictum Ioannem citari ad
 Valvas Ecclesie Cathedralis Constantiensis per duos
 Cardinales & quinque Praelatos, quod executum tuit à
 quinque Praelatis, cum duobus Prothonotariis, & quin-
 que Tabellionibus. Decima sessi habita die 14. sequen-
 ti, eadem citatione repetita, tandem ad instantiam pro-
 motorum reputato pro contumace Ioanne 23. per Con-
 ciliis sententiam suspensus fuit ab administratione pa-
 palis dignitatis. Undecima sessi die 25. Mensis eiusdem,
 promotores Concilij plus minus ve 60 criminis cum de-
 signatione examinandorum testium aduertus predictus
 Ioannem, articulatim congesta, protulerunt in Conci-
 lio, quæ ipsi Ioanni, ex Concilio præscripto, per comuni-
 farios intimata in loco Cellis vocato, respondit, se no-
 lle prædictis articulis contra se factis, ac probatis res-
 pondere, sed quod Concilium, ut pote errare impotens,
 esset defensio eius, se que paratum ciudem sententiæ
 obedire, quam ex tunc pro nunc, & ex nunc pro tunc
 confirmabat, ac ratificabat, & approbabat : copiam ta-
 mem sententiæ sibi, postquam lata fuisset, ex tunc pe-
 tebat dari. Duodecima sessi die 29. eiusdem Mensis
 Maij celebrata, Concilium non obstante per prædictos
 commissarios Ioannis responso, ad promotorum instan-
 tiam in eum definitiā sententiam tulit, orando ip-
 sum penitus papali dignitate, omnes que Christianos
 ab eiusdem obedientia remouendo, & absolutos decla-
 rando, & ne ipsum amplius ut Papam haberent, aut no-
 minarent præcipiendo. Quæ sententia intimata eidē
 Ioanni in præfato loco de Cellis ab eo fuit admisa, nec
 illi se opponere, aut in aliquo contradicere velle, res-
 pondit, sed ad maiorem abundantiam, & pro bono eu-
 telæ se sponte renuntiare iuri papatus, si quod sibi pote-
 rat competere : quod postea in Concilio relato per
 publica instrumenta : prædictam sententiam omnium
 suffra-

suffragio confirmatam, ratam haberi iussit.

His iam fiduciter breviter quae clavis duodecima Constantiensis sessionibus, que totam causam praediti Balthazaris Colla, seu Ioannis 23. continent, videtur esse: iam disquirimus, quo pacto predictæ sessiones determinationes, ac decreta valida, ac firmæ auctoritatis esse potuerunt? & certe si recte materia perpendatur attentius, nullius fuisse roboris clarissime compertum manebit; plurimum que sibi contrarios fuisse Praesules illos, notorium fiet. In primis namque omnia haec acta fuerunt sine consensu aliarum obedientiarum, Gregorij nempe 12. ac Benedicti 13. quibus non pauci ad hærebant Praesules, ac Principes Catholicos: ergo male decreuerunt Constantienses, plurielque inculcarunt, suam congregationem in Spiritu Sancto legitime congregatam, vniuersalem que representare Ecclesiam: siquidem magna, immo forte maior Ecclesia pars sibi non consentiebat, quin potius repugnabat, nec citata, aut conuocata fuerat, ut ad Concilium adiret: quod patet eum nullius citationis ad hunc effectum ibi fiat mentio. Deinde quia, ut ex ibi actis fit manifestum, adhuc non erat tota obedientia Ioannis 23. in sessionibus relatis, plures namque Praesoles discesserunt, & ipse met Ioannes, ut retulimus, post 1. sess. discessit. Item quia contra ipsum in causa extra easum hæresis judicialiter egerunt, quod omnino est contra fas, & ius, quod sic demonstrare intendimus.

Nam vel congregati Constantienses opinabantur predictum Ioannem 23. esse verum, ac legitimus pastorum, & successorum Petri inabitatum: vel dubium vel omnino, & certissime nullum: si primum, errabant ipsum citando, contra ipsum extra easum hæresis procedendo, in cum que definitiua depositionis sententiam ferendo, cum plenissime ex iure constet, satis que repetitum inueniatur: primam sedem non indicari a quo quam Cap. nunc autem d. 31. quæ verba nullam exceptio nem.

nem, præter cassim bærbis, ut habetur cap. si Capit. d. 40.
ad hanc iuris sententia concilii, ut ibi Nicolai testa-
tus, fugienti presbiteri: unde cap. nema 9. q. 3. dicitur nem
indicamus primam fidem, & additur Neque enim ab Augusto
consequitur ab omni clero, neque a Regibus, neque a populo in-
dex iudicabitur; igitur multo minus a Constantiensi-
bus (qui nec dum erant una ex tribus partibus Ecclesiæ,
& ipsa sine capite) Ioannes 23. dummodo ipsum certum,
ac legitimum opinarentur Pastorem, ac Vicarium Christi,
legitimum que succelotem Petri, iudicari, ac depo-
ni iuste poterat.

Si vero secundum opinabantur, etiam ab erro-
ris nota nequeunt liberacionem in primis eadem pro-
babilitate, qua de Ioanne 23. possent dubitare, an esset
legitimus Papa, debebant etiam de suo Concilio dubi-
tare, an esset legitime indictum, & coactum, cum ad
verumque par erat ratio dubitandi, si nanque Ioannes
legitimus Pontifex non erat, non poterat sua auctorita-
te legitimum congregari Concilium. consequenter q.
Constantiensi non poterant esse legitimi iudices, in
causaloannis, siquidem, ut vidimus auctoritate eius co-
gregati fucrant nec alias, ut iam notauimus, essent to-
ta aut maior pars Ecclesiæ, ad quam in casu schismatis,
si contendentes super iure papatus conuocare Conciliū
renuant, illud conuocare spectat. Deinde etiam erra-
bant quia certo, & absolute assertabant illud esse legi-
timum Concilium universalis quod sine formidine no-
poterat affirmari, ut pote tantum probabilitet id iudi-
care poterant, quatenus probabile esset, predictū Ioan-
nem 23. esse legitimum Papam: igitur declarantes
ut certum, & firmum quod tantum erat probabile, du-
biū, & cum formidine assertendum errabant, certo &
manifeste. Confirmatur hoc amplius, nam id, quod à
pluribus doctis, Catholicis que viri in dubium, ac in
questionem vertitur, & non sine fundamento, & ratio-
ne probabile pro traue contradictionis, parte, tantu-

intra opinionis, & probabilitatis metas est : sed quod congregatio illa Constantiensium esset legitima, seu quod concilium generale constitueret, in dubium vertebatur, et questionem, negatiuum partem cunctibus plurimis viris pijs, ac Catholicis ex diabos obedientijs Gregorij, & Benedicti, solum que Constantiensiis ex Iohannis obedientia affirmatiuum propugnantiibus : quilibet que pars suis nitebatur fundamentis, ac probabilibus rationibus : igitur quod Constantiensis Congregatio legitimam constitueret Concilium univertiale, tantum ad summum intra metas probabilitatis erat : consequenter que errabant Constantienses id ipsum pro ut certum ac a formitudine alienum declarando, & decernendo. Denique, nam in sententia depositionis praefati Iohannis a 3. se ex posuerunt periculo dandandi legitimum successorem Petri, ac Vicarium Christi, cum certo non scirent ipsum talem non esse : ast hoc ut ex iure probauimus est contra fas, & ius; ergo errauerunt etiam talem sententiam ferendo, siquidem periculo quod timere debuerant, se exposuerunt, per inde que etiam, si iuxta secundam propositi dilematis partem opinarentur, errauerunt Constantienses.

Si denique tertium opinabantur manifestum etiam errorem commitebant, cum Papam certo nullum venerarentur, ipsi obdiren, ipsiusque precepto, & conuocatione Concilium generale congregari posse legitime arbitraretur, ac denique papatus renunciationem, quem certo non possidere, tunc easus, facient, conarentur, ut faceret ; quod omnino super vacancum foret, ac ridiculum. Et tandem etiam plus errarent, vni ex alijs duobus Pontificibus non ad hrendo, qui probabiliter legitime, quilibet a sua obedientia, iudicabantur, unde Constantienses non poterant ex hoc iuditio moti, nec ad Concilium congregari, nec continuare ipsud sine magno errore, cum si

capite saltem probabili omnia nō esse sōret fieri. En quibus clare intetur, „quod relatæ sessiones nullius roboris, quatenus ibi actæ, ac firmitatis fuerunt: siquidem illud non fuit, tunc Concilium generale, nec legitime indictum: cum reluctantibus alijs duabus obedientijs, seu partibus duabus Ecclesie, quæ alias ex plurimis Catholicis Præsulibus, ac Principibus constabat, quos notorie schismaticos reputare, temerarium, ac prouersus irrationabile foret: quando quidem probabilibus rationibus, ac fundamentis, quælibet obedientia, pro tunc, sui Pontificis ius ad papatum defendebat, tactum fuerit tale Concilium, seu Constantiensis Congregatio in sessionibus numeratis, & deficienti consensu uniuersalis Ecclesie continuatum, omnia que ibi decreta, & acta usque ad unionem trium obedientiarum, quæ facta fuit in sessione 37, habita die 26, Menses Iulij anno 1417. nullius firmitudinis, ac roboris poterant esse, nec fuerunt, quatenus ibi acta, & decreta, nec ad obligandam uniuersalem Ecclesiam valorem aliquem. seu vim habere, ac sortiri, ut pote efficiebat visibile caput certum, & Indubitatum. & alias non erat tota Ecclesia congregata, nec consensum prætererat: quod ut magis clareat contra Gallicanæ declarationis auctores ex ipsorum doctrina demonstratus: quam, nisi in consequentiam manifesta velint includere, nostrum intentum, ac veritatem huius obiectioris, quam iam ponimus, probare, est necesse.

Sic igitur in surginaus ex Gallicanæ declarationis assertis, §. 4. ubi sic declarant. In fidei quoque questionibus precipuas summi Pontificis esse partes, eiusque decreta ad omnes, & singulas Ecclesias pertinere, nec ratione irreformabile esse inditum, nisi Ecclesia confessus &c consensus accesserit. Quæ doctrina illeat omnino falsa à nobis, ab omnibus que de Romani Pontificis auctoritate bene sentientibus (post modum que à nobis, prove paruitas ingenij assimilatur, sit impugnanda) reputetur: permittan-

cenda tamen prius nunc erit, ad nostram efformandam
 rationem, Clerique Gallicani demonstrandam in cō.
 sequentiam: quæ sic apparet in hac ratificatione.
 Decreta, quibus non accesserit Ecclesiæ consensus, non
 sunt irreformabilis iuditij, ac omnimode infallibilia:
 sed decretis 4. & 5. sessionis Constantiensis Concilij
 Ecclesiæ consensus non accessit: ergo talia decreta non
 sunt infallibilia, & it reformabilis iudicii: maior est ip-
 sa doctrina declarationis, iam citatae; minor ex dic-
 tis etiam clarissime constat, non enim decreta illa
 ab Universali Ecclesia diminuerunt, sed ab una ex tri-
 bus partibus Ecclesiæ, ipsa que acephala: consequen-
 tia est legitima: ergo manifestam contradictionem in-
 uoluit Gallicanae declarationis positio, cum decreta
 Constantiensis absque accessu Consensus Ecclesiæ irre-
 formabilia infallibilia que affirmat, Romani vero Pon-
 tificis decretis sine tali Ecclesiæ consensu irreformabi-
 litatem, ac omnimodum infallibilitatem negat. Dein-
 de quia uti notat Azotius part. 2. inst. moral. lib. 4.
 cap. 13. quæsito r. prope finem. Parisienses non admitunt
 Lateranensem Concilium sub Leone X. nec Florenti-
 num, ut etiam ex quadam Anonymo, qui Libellum
 quendam edidit, cui titulus vulgariter Gallico Ex-
 memo de la lettre circulaire: art. 5. refert. N. Bonæ spei
 tract. de Immaculata Conceptione disput. vlt. dub. 2.
 n. 78. & 79. Quod que etiam non obscurè inferitur ex
 iam citato §. 2. declarationis Gallicane, quando quidē
 supériorem potestatem generali Concilio attribuunt,
 Papam que ipsi subiectum, inferiorum que prætendunt
 contra definitiones Florentini, & Lateranensis, quas
 postea adducimus: tunc sie, sed non alia ratione nitun-
 tur, ad non admittendā Concilia hæc (licet protinus te-
 mbratio, ausu, & absque fundamento) nisi quis aliqui
 bus decretis ipsorum, parci Galliæ Prælati non conser-
 fere, nec postea Gallicana Ecclesia præbuit seconsensum,
 ob id que puram se posse tenere, quod decretū illa non
 sunt

sunt firmi roboris, & quod ipsi non tenentur obediti; quia nedū suæ Gallicanæ Ecclesiæ consensus accessit: ergo in consequenter descendunt, quod decretæ illa Constantiensis Concilij in 4. & 5. sessione contenta, sunt sic maxima auctoritatis, siquidem luce clarissim facta fuisse, in numeris Provincijs, Regniis pluribus, ac particularibus Ecclesijs non prebentibus consentum, sed potius dissentientibus: immo quod magni debent facere declarantes Galli, ut non ita decreta prædicta extollerent, non omnis sua Gallicana Ecclesia consensum præbuit: cum non pauca ex Regno Galliæ, ut patet ex historicis, tunc Benedicto ad heterent: consequenter q̄ non poterant esse Constantiensibus incorporati, nec iplorum decretis assentiri: ex quibus sati probatum manet, quod etiam cum alianæ declarationis, aliorumque eiusdem regni Doctribus sententia pugnet, afferere, quod i predicta decretæ Constantiensis sunt auctoritatis, ac pleni roboris.

Respondebunt samen ad hæc Galli declarantes, quod, quid sit an prefata decreta sess. 4. & 5. Constantiensis valorem pro tunc a Patribus acceptint, vel non: tamen post modum per confirmationem Martini 5. certi, & indubitate Pontificis, ac per eouis Concilij consensum, in quo iam tota ecclesia unita, ac congregata, robur, ac plenam firmitatem accepisse, perindeque omnimoda infallibilitate ac certitudine gaudere.

Sed contra est Primo nam Martinus 5. solum confirmavit ea quæ conciliariter acta fuerant, ut ibi patet citata sess. 45, que iest ultima Concilij per supra jam data verba scilicet SS. D. N. Papa dixit, quod omnia, & singula determinata conclusa, & decretæ in materiis fidei per processus Concilium, conciliariter tenere, & inviolabiliter obseruare volebat, & nunquam contrarie quo modo, ipsa que sic conciliariter facta aprobat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo, sed prædicta 4. & 5. sessiones

ne conciliariter actæ non fuerunt, ergo de cœta in ipsius non fuerunt confirmata a Martino s. maior constat ex ipso Constantiensi:ni, ex dictis iam probata maiori:tille namque conciliariter acta sunt, quæ sunt a Concilio legitime congregato, auctoritate veri capit. & sub illius præsidentia; vel, quando ob in commendum Ichimatis hoc fieri nequit, ut tunc accidit, tamen ad schisma tollendum & subuenientium que vnitati, & paci, tota est congregata Ecclesia, scilicet omnes Præfules, & Ecclesiastici, ad quos de iure attinet: sed illæ sessiones nec fuerunt factæ a Concilio legitime congregato per verum, ac indubitatum Papam, nec sub illius præsidentia, vt est manifestum, nec alias omnes Præfules, alij que, ad quos de iure spectabat, erant congregati; quia potius maior pars, ut iam retulimus, illorum repugnabat: ergo de cœtra, ac determinata in prædictis 4. & 5. sessionibus non fuerunt conciliariter acta; & consequenter, nec nec confirmata à Martino s. Pōt. deinde quia ea tātu confirmavit, & approbavit, quæ in materijs fidei conclusa fuere, ut ex relatis verbis apertissime patet, ast de cœtra in sessionibus 4 & 5. non sunt conclusa, nec ultimo determinata, siquidem de ipsis maxime questiones, ac dissidium non parum postea fuit in Concilio Babliensi, & inter Catholicos Doctores: immo, ut postea dicemus, contrarium de fessu ham fuit in Florentino Concilio, & Lateranensi ultimo: ergo talia de cœtra ab ipso Pontifice non obtinuerunt approbationem, ac confirmationem: nec consequenter posunt esse firmi robotis, & certitudinis.

Sed replicabunt adhuc declarantes Galli, & immediate contra hanc nostram solutionem: nam vel omnia materiam fidei concermentia fuerunt approbata, & confirmata a Pontifice Martino in hoc Concilio vel non: si primam ergo & prædicta de cœtra, etiam confirmata fuerint; si secundum: ergo condemnatio errorum V. icleff, Ioannis His, ac Hieronimi de Pra-

ge, non est confirmationem sorrita, & consequenter,
nec alicuius roboris, aut irritudinis: quod est expres-
te contra interdictum Martii i. 5. in Bulla qua incipit in-
ter cunctas Pastoralis cursus sollicitudines, &c. Data in eon-
dem concilio 8 Cal Martij ann. 1. sui Pontificatus. De
inde etiam, quia non minus conciliariter acta fuere de-
cretorum scismorum 4. & 5. quam prædicę condemnatio-
nes Vniclesi, & aliorum: ast damnationes horum fu-
erunt sufficierter acta conciliariter, ad hoc ut confir-
mationem, & approbationem obtinuerint: igitur vel
neutra confirmata sunt, vel utraque.

Contraria tamen responderi potest cum eminen-
tissimo Bellarmino, lib. 2. de conciliis cap. 19. in solut.
ad 3. quod est Gersonis. Renovando vim impugna-
tio-
nis ultime supra iam a nobis posita, scilicet quod de-
creta scsl. 4. & 5. non fuerunt conciliariter acta hec
est, ut explicat Cardinalis: more aliorum Conciliorum,
ne diligenter examinata constat autem hoc decretum (addit
ibidem) sine ullo examine factum a Concilio Constantiensi.
Ita que Martinus, cum confirmauit decreta de fide, concilia-
riter conclusa, intelligebat tantum de damnatione Vniclesi,
& Huss. haec Bellarminus. Cui etiam consonat Seve-
tinus Bitius in notis ad Constantiense Conciliū: ver-
bo ex parte approbatum ubi hec ait quo ad ea nimisrum, que
ibidem ad fidem pertinentia contra Vnicleffum Hussum Ma-
thaeum Dresdenem, & Hieronimum Pragensem ac recta, &
promulgata leguntur. Quis vero de auctoritate Concilij supra
Pontificem constituerunt: sententia Florentini, & Latera-
nensis Conciliorum plane reprobata sunt. Aliam tamen so-
lutionem adiungere placet, disparitatem reddendo:
nempe quod Concilium Constantiense non damnauit
prædictos errores, quasi aliquid in fide determinando,
sed ea quæ determinata erant declarando, sive quod idē
est, non damnauit Concilium propositiones, seu articu-
la, nūquam ante damnara, sed iam antea reprobata,
fuisse, ac ut fidei opposita cōdemnata, declarauit. Quod
manus

manifestum reperies in ipso Constantiensi proprie allegata
 lessi. 8. vbi postquam Vuicel*l*li errores 45. annumerat.
 Paucis interie*ct*is hec addit: aduersus quos articulos.
 alque libres(Vuicel*l*li scilicet:) in Dei veritate exurgentem
 Magistri. & Doctores i*n* i*n*iversitatum. & studierun. Oxoniensis.
 & Pragensis articulos pr*ae*dicatorios Scholastice diu post re-
 probarunt. R*ec*erendissimi in super PP. Archiep*isc*opi. Epis-
 copi pro tempore Cantuarieris. & Eboracensis sedis. Apostolicae
 leg. tu in Anglia. & Pragensis in Bohemia regnis con-
 demnarunt. Libros etiam eiusdem Ioannis Vuicel*l*li conibure-
 dos fore*s*dictus Archiep*isc*opus Pragensis sedis Apostolicae
 Commissarius in hac parte sententia liter*is* indicauit. &c.
 Et in super dicit: Rursum his ad noritiam sedis Apostolicae
 & generalis Concilij de du*el*is Romanus Pontifex in Conci-
 ilio Romano ultimo d*icit*os libros, tra*ct*atus. & Opuscula con-
 demnauit, i*n*ubens illos publice concremari. &c. & post ali-
 qua in super ine*qu*it Constantiensis Synodus: quibus arti-
 culis examinatis, fuit repertum (prout in veritate est) fuis-
 se. & esse nutorie hereticos. & a Sanderis PP. dudum repro-
 batos: & postea: ac Sancta Synodus sententias pr*ae*dicatorum
 Archiep*isc*oporum, ac Concilij Romani ratificans. & appro-
 bans, pr*ae*dicatorios articulos. & eorum quenlibet::: hoc perpe-
 tra*to* decreto reprobat, & condemnat. Idem que fere constat
 ex actis lessi 15. in qua damnati sunt errores Ioannis
 Hussi: & ex lessi 21. vbi Hieronimus de Praga fuit co-
 demandatus. Quod etiam claretnam pr*ae*didi errores
 Vuicel*l*li damnati fui*s*unt a Gregorio XI. vt constat ex
 bull*a* ipsius, quam Sanderus de visibili Monarch. Ecc.
 lib. 7. pag. mihi sc*z* esse apud Foxum testatur: vbi
 etiam narrat, paulo post ex Apostolicae sedis pr*ae*scripto
 Archiep*isc*opo Cantuarine*l*, Londonensi, que Epis-
 copo commis*ta* causa, atque etiam Provinciale Concilium
 conuocatum, in quo multi Vuicel*l*li damnati sunt arti-
 culi. Igitur Constanciense Concilium neutquam pr*ae*-
 dictos Vuicel*l*li, & sequatum errores damnans, ali*u*id
 aduiter in materia f*idei* declarauit, seu de creuit, sed i*u*
 determinatum,
 (viii)

natum, ic declaratum Apostolice sedis auctoritate confirmauit, seu comprobauit, ac secutum est sententiam. Ex quibus manet luce clarius disputationis inter Vvieleffi, & fequatum articulorum damnationem, ac decreta sess. 4. & 5. ipsius met Concilij: ad Vvieleffi nanque errorum reprobationem sufficiens auctoritas poterat in esse in Constantiensi Congregatione, cum iam constaret damnatos tales errores Apostolica auctoritate; & alias sufficiens numerus Cardinalium scilicet 29. Patriarcharum 4. Archiepiscoporum 47. Episcoporum 160 plurimorumque Abbatum Priorum, & Prepositorum, nec non secularium Principum: ingens copia in predicta cōgregatione adstaret consequenter que ad prouidendum Ecclesię circa imminentes pericula in ob:ales, iam damnatos, errores emer gens, attentis circumstantijs, & conflictu, in quo propter Schisma Ecclesia tunc erat, ipsis nullatenus potestatem deficere, potest negari. Cum cūlibet Provinciali Concilio licet causas fidei agere cum suo Metropolitano, quando sunt de rebus iam ab Apostolica fide definitis, immo & cuilibet Diocesaneq; Synodo cum suo Episcopo: aut etiam sede vacante Clericus, ve constat ex cap. ad abscondam ext. de Hæriticis, quod caput sic explicit laudatus Bellarminus loco supra citato cap. 10. in solut. ad 1. obiect. vnde valide Cōfessiensi predicos Hæreticos damnarunt: errores q; illorum, ut iiii ab Apostolica fide reprobatos indixerant, seu publicarint.

Secus autem dicendum de decretis sess. 4. & 3. in quibus Concilium esse supra Papam decreuerunt, quod, vt Galli declarantes intelligere volunt, etiam de indubitate Pontifice, & non dubio tantum expoundum est; hæc nanque conclusio nec vñquam ab Ecclesia, aut à Romano aliquo Pontifice definita fuerat (immopossum, vt ostendimus, communī Ecclesiar, & Summorum Pontificum, ac Sanctorum PP. sensu est repugnans)

mans) unde Constantienses, qui absque auctoritate Apostolici capituli certi, & indubitate congregati erat, nullatenus facultatem habere poterant ad determinandum in materia fidei, quando res erat sub dubio; nec antea determinata: quod patet manifeste, nam ut probatum reliquimus in illis sessionibus non erat generale concilium, nec auctoritatem includebat universalis Ecclesie, ad summumque prout poterat dissi, Concilium Nationale ex aliquibus nationibus, ac Provinciis coactum sine interventione Summi Pontificis: Sed Nationale, aut Provinciale Concilium nullam potestatem habet ad decernendum in questionibus fidei: ut constat ex cap. quorū 24. q. 1. vbi ait Innocentius Pont. quorū fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & Episcopos nostros non nisi a Petrum, id est sui nominis, & honoris auctorem referre debere (velut iūc restulit vestra dilectio) quod per totum Mandatum possit Ecclesiis omnibus in communī professe. Nulla igitur quantumvis numerola Episcoporum congregatio poterit in cōsulto Romāo Pontifice, & absq; iphius facultate, questionē fidei motam determinare. Sic que intelligit glossa ibidem dicens: Aliud est questionem de fide motam terminare (q; od nulli prater quam Romāna sedi permittunt, sicut hic dicuntur) aliud est ipsam sine definitione ventilari, quod Patriarchæ & Primate facere possunt. Idem q; constat plurimis alijs canonibus. l.

Rursus licet gratis daremus Gallis declarantibus, Constantiente concilium predictis sessionibus & s legitime suisse coactum, quatenus ad prouidendum Ecclesie, pro schismate tollende posset congregari, etiam tenuētibus dubijs, incertis que illis tribus Pontificibus: ad huc non concluderent nitentum de valore illorum decretorum in sensu ab iphiis Gallis explicato: quia tunc, & si Cardinales & eisque Prelati facultatem haberent ad se congregandum, conciliariter que agendum in ordine ad remedium adhibem-

quin Schismati; hōn tamen ad definiendū, determinandūque in aliquo dubio materiam fidei concorrente: potestas nonque competens concilio isto casu solum est, ut bene notavit Azorius p. 2. lib. 4. cap. 7. q. 3. ad subveniendum damno Ecclesie, ne male prouina reliqua tuisle suspicetur a tuo Sponte Christo, si sibi in necessitate adeo graui remedium non possit adhibere: ast ad tollendum chilma nullatenus necessarium erat determinare, an Concilium generale habeat potestatem supra certum, & indubitatum Pontificem: quid enim questio hac ad Ecclesia pacem, & uionē pro tunc conduceat poterat? Ergo licet gratis concederemus Gallis, quod in sessionibus 4. & 5 Constantiē se concilium fuisset generale; adhuc non inferretur, quod talia decreta de potestate Concilij ibi contenta forent valida; ut pote ad illa decorienda facultas, seu sufficiens auctoritas defueret, non assistente ueri, & indubitati Pontificis potestate. Ex quibus etiam ad confirmationem responsum manet.

Probatur ultius positio nostra, videlicet quod Romanus Pontifex superiori potestate habeat, quam quodlibet generale Concilium: unde nullum ex quanta cunque Prælatorum multitudine conflatum supra Pontificem indubitatum, ac certum, extra casum heresis, ullam potestatem habere contendimus. Sit igitur pro nostra vera, ac Catholica sententia argumentum 1. ex Concilio Florentino quod in litteris uniuersis, scis. vlt. possitis hac habet. Item definitissimam Sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem tenere primatum, & ipsius Pontificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & Verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere: & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi Uniuersalem Ecclesiam a D. N. Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quem admodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum, & in sacris Canonibus

continetur. Ex his ergo verbis, quae item supra minime
 ac retulimus, ut R. Pontificis primatum respectu vni
 uerbalis Ecclesie firmaremus: nunc ulti arguimus: ex
 hac Florentini generalis Concilij definitione clare
 habetur R. Pontificem a D. N. Iesu Christo plenam po-
 testatem accepisse ad pacendam, gubernandam, ac re-
 gendam vniuersalem Ecclesiam: sed quodlibet Concil-
 lium generale ex quanta cunque multitudine Praefatu-
 lum consernit, non est maioris auctoritatis, ac potestatis,
 quam sit Ecclesia Vniuersalis: ergo R. Pontificis plena
 potestatem habet ad gubernandum, ac regendum quod-
 libet generale Concilium: maius est expressa incitata de
 finitione: mihi est perse nota, nec difficitur a Constat-
 tiensibus, ac Basiliensibus: Consequentia est legitima:
 dunc sic sed potestas regendi, ac gubernandi est potes-
 tas superior simpliciter, quam potestas, quae illi, qui gu-
 bernari, dirigi, ac regi debet, potest competere: igitur
 R. Pontificis potestas huiusmodi pliciter superior est potes-
 tate generalis Concilij: sub sume iterum, potestas quae
 simpliciter superior est, nullatenus supra se illam, quae
 inferior est, potest habere: sed potestas R. Pontificis
 simpliciter est superior: igitur Concilij generalis po-
 testas, ut pote inferior nequit esse supra illam: ac per
 consequens nullum generali Concilium, quantumuis
 numerosum, ullam queit supra R. Praefulem habere
 potestatem. Confirmatur amplius explicando prædie-
 ta Florentini verba: Pater in quantum talis nullo mo-
 do est filius subiectus, nec illis supra Patrem aliqua queit
 potestas competere: sed, ut constat ex præallegatis
 Florentini verbis, Romanus Praeful omnium Christianorum
 existit Pater: igitur Christiani omnes nu-
 llam potestatem exercere in Pontificem R. queunt;
 nec ipse aliquemmodo illis subiectus, aut subditus esse
 potest: omnia patent: tunc haec: ast Ecclesia Vniuersalis
 sunt omnes Christiani, seu omnium Christianorum
 causis, aut multitudine; igitur Ecclesia Vniuersali, seu,

multitudini fidelium, siue certui nulla est supra suum
Patrem, Romanum videlicet Pontificem potestas. Idem
que argumentum formari ex eo, quod ibidem omnium
appellatur Christianorum Doctor, seu Magister, simi-
llima ratione potest : iuxatritum illud, quod Dijs Pa-
rentibus, & Magistris sit obtrem perandum.

Idem expressius docuit Lateranense Concilium ultimum sub Leone X, sess. 11, in Bulla ipsius Pó-
tificis, quæ Sacro approbante Concilio expedita, ac publi-
cata est anno 1516, 14. Kal. Ianuarij, & incipit Pastor
sternus. Vbi post quam ad Pragmaticæ Sanctionis ab-
rogationem, cassationem, ac irritationem asserrat non
obstare, quæd in Basiliensi, ac Bituriensi Concilijs fue-
rit edita, ac confirmata, his verbis. Nec illud nos moue-
re debet, quod Sanctio ipsa, & in ea contenta in Basiliensi
Concilio edita, & ipso Concilio instanti, a Bituricensi con-
gregatione recepta, & acceptata fuerunt, cum ea omnia post
translationem eiusdem Basileen, Conciliij per fatali memor.
Eugenium Papam q. etiam predecessorem nostrum fastam à
Basileen, Conciliabulo, en potius Conuenticlo, que prejer-
tim post huiusmodi translationem Concilium amplissimam ap-
pliari nō merebatur, facta exciterint, ac propere a nullum ro-
bur habere posuerint. His ergo premissis verbis, quibus
haud obscure nostræ positionis veritas cluelescit ratio-
nem trahens Summus Pontif. apertissime nostram cō-
clusionem diffinit : Sic ergo prosequitur : cum etiam
solum R. Pontif. pro tempore existentem, tamquam auctori-
atem super omnia Concilia habentem, Conciliorum indicen-
torum, transferendorum, ac dissoluendorum plenum ius, &
potestatem habere, nedum ex Sacra Scriptura testimonio, dic-
tis Sanctorum PP. ac aliorum Rom. Pontificum, etiam pre-
decessorum nostrorum, sacerorum qui Canonum decretis, ed pro-
pria etiam eorundem Conciliorū cōfessione manifeste constet, &c.
Igitur ex mente Leonis, sacerisque Lateranensis Concili-
ij Rom. Pontifex plenum ius, ac potestatem habet su-
pra generale Concilium: & non ē contraria patet conse-
quentia

q[ua]entia eiudenter, nam habere plenum ius in aliquid
est formalissime esse supra, & non sub illo: igitur nullus
tenus Concilium generale est supra Papam nec in illu[m]
aliqua gaudet potestate, aut iure. Amplius roboratur
prædicta veritas ex alijs eiusdem Bullæ verbis, quæ post
quam pluribus exemplis, ac auctoritatibus Concilioru[m],
quæ refert, ac innuit ibi summus Pontifex ad prædicato[r]um
ostensionem, & comprobationem, subdit: inquit
igitur. Nec non ad abundanciorem cautelam tandem Bi-
turicens Sanctionem siue corruptelam, eius que approbatio[n]em
facit, vel expressam, ut prefertur, & in ea concata
omnis, & singula cassamus, abrrogamus, irritamus, innulla-
mus, ac annulamus, & pro infectis, reuocatis, abrrogatis, irri-
tatis, annularis haberi volumus, decernimus, & declara-
mus. Ex his ergo hanc rationem deducimus: eo Roma-
nus Pontifex Pragmaticam Sanctionem in Balicense
Concilio editam: ac Bucurensi confirmatam, irritam
& nullam declarat, quia absque Apostolice sedis con-
fensi, ac auctoritate fuit acta, & confirmata: ast Conci-
liu[m] Basileense in quo fuit edita tuit generale, in secretaria
Gallorū, cum quibus nunc agimus: ergo Rom. Pontifex
irritare, ac annulare potest, quod Concilium generale
absque eiusdem sedis Rom. auctoritate decernit, seu ip-
so fut, vt melius, aptius quo loquimur, irritum, ac nu-
llam est, quod sic absque Apostolica sedis assensu, etiam
si in generale Concilio statuit quia eiusdem sedis, si-
ue Rom. Pontifex auctoritas superior est: Concilio,
ne eummodo inferior, aut illi subiecti: pater conse-
quentia: nam qui cuncte factum nullius amillares, &
irritare potest, est illo superior, vt potest alioquin quia ir-
riticari nisi vobis dege a superioritate lata, vel per intentiā
iudicis, ac consequenter per superiorum potestatem.
Deinde quia ex eo declarat Summus Pontifex, præfa-
tam Sanctionem confirmationem que ipsius, vt nullam,
qua aucta fuit à Concilio sine auctoritate Romani Pon-
tificis: sed si auctoritas Concilij esset superior, nulla

venus aeter illius, etiam si absque auctoritate Pontificis
fierent, possenent, ut nulla, declarare, nec nulla esse: ergo
&c. mai. est certa, ut constat ex allegatis verbis: mi-
probatur: nam auctoritas inferior continet omnem
inferioris potestatem: ergo nullatenus inferior aucto-
ritas, seu illius potestatis concursus, & si deficeret
fortia liter, ut ita loquamur, posset impedire valorem
actus eliciti a superiori auctoritate: etenim superior
iudex agere potest, quidquid inferior ageret, quamvis
inferior non co^ccurrat, nec in hoc aliquod dubium esse
queat: conuincitur ergo manifeste ex Lateranensi, quod
Rom. Pontifex nullatenus subest generali Concilio,
sed potius Concilium subest Romano Antistiti.

Comprobatur ulti*ter*ius pre*d*icta veritas ex Ca-
nonico iure, & sit i*l*. probatio ex cap. Ita Dominus. 29. d.
vbi Leo. PP. l. sic ad Vienn. Episcopos loquitur post alia.
Sed huins munera*s* sacramentum (sic i*l* et prae*d*icationis,
doctrinæ, ac spir*itu*alis regiminis;) ita Dominus ad om-
nium Apostolorum officium pertinere, voluit, ut in Beatiss.
Petro Apostolerum omnium summo principaliter collocaret
ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua, velut in corpus om-
ne, diffunderet, ut ex ostendit se mysterij intelligeret esse diui-
ni, qui a sus fuisse a Petri soliditate recedere. Ex quo tex-
tu sic ratiocinamur: ex dissolutione, ac voluntate Chris-
ti. Ita Apostolis suis prae*d*icationis, ac regendi munus
competit, ut per Petrum, quasi ex capite, ad reliqua
membra deriuatur, quidquid potestatis Ecclesiæ suæ
tribuitur: omnis igitur iurisdictio, ac potestas Ecclesiæ
primario competit capiti, & Rectori succedenti Petro,
nem pe Rom. Præsuli, ab ipso que in reliquum corpus
deriuatur: consequentia est legitima: tunc sic, ergo po-
testas totius Ecclesiæ corporis est a capite, & Pastore
suo deriuata: ast deriuata potestas simpliciter infe-
rior est: ergo totius corporis mystici Ecclesiæ potes-
tas, & auctoritas, pro*ut* tale corpus contra distinguitur
a capite visibili, seu Rom. Pontifice, simpliciter est infe-
rior

rior ipsius potestate: consequenter que p̄fecta Ecclesia, nec generale Concilium accephalum, licet ut prætendit Gallicana declaratio, Constantienses, Batistenenses que volentem) vniuersalim Ecclesiam representaret (quod haud admittimus nullam super Rom. Antistitem potestatem, auctoritatem ve, potest habere: sed potius ab illius potestate est absolute, & simpliciter dependentis, atque inferius. Deinde quia ut p̄stet ex præallegato textu exortis est diuini mysterij, seu ministerij, qui à Petri, & successorum soliditate, seu obedientia recesserit: sed quod cunque Concilium supra Pontificem Rom. se extollens, ipsum que iudicare prætendens, vel aliquid contra ipsius placitum, seu absque eiusdem auctoritate statuere, ac determinare audens, à soliditate Petri, & ab obedientia suae sedis recedere est compertum: ergo nullam partem habet in diuino ministerio, ac per consequens nullam iurisdictionem, nec potestatem Ecclesiasticam, nedium supra Antistitem Rom, verum neque supra fidelem unum: igitur falsissimum est, ac Sacris Canonibus omnino contrarium Gallicanæ declarationis assertum, affirmans Romanum Praefulem subditum generali Concilio.

Firmat evidenter hec ipsius Iulius PP. epist. 1. Orientalibus Episcopis. ut habetur. cap. Dudū 3. q. 6 his verbis Dudū ass. Apostolis, successoribus q̄ eorū in antiquis decretū fuerat statutis, que hoc cenus sancta. Omnia uersalis Apostolica tenet Ecclesia, non epicerere prater sententiam Rom. Pontificis Concilia celebrari, &c. Tunc sic: sed quodcumque Concilium, quantumvis numerosum, dum modo sine Rom. Pontificis auctoritate celebretur, est prater ipsius sententiam: igitur & centia decreta SS. Apostolorum, successorum que statuta ac consequenter, quid quid decreuerit nullius rebotis ac similitatis, sed omnino irritum, atque innane erit: igitur nihil poterit eiusmodi Concilium supra certum, ac in dubitatum Papam: ac per consequens intelius erit Rem. Pontifice, & non su-

pēa ipsum : cuius rationem subiungit Pontifex ibidem
 dicens: quoniam sicutam Romanam Ecclesiam Primitam omnium
 Ecclesiarum esse valuerunt, & sicut B. Petrus Apostolus
 primus fuit omnium Apostolorum, ita & hæc Ecclesia
 suo nomine consecrata (Domino constitente) prima, & caput
 sit ceterarum, & aliam quasi ad metrem, atque apicem om-
 nes maiores Ecclesie causa. & iudicii Episcoporum recurrat,
 & iuxta eius sententia terminum sumunt: nec extra Ro-
 manum quidquam ex his debere decerni Pontificem. Si et-
 go maiores Ecclesie causa ad Rom. Pontificem tenen-
 tur deferri, ut ab ipsis iudicio terminetur, seu viti-
 mam sumant sententiam, nec extra ipsius decerni de-
 bent, hoc est extra ipsius auctoritatem, & consensum:
 abs dubio Rom. Praesidis auctoritas superior est in Eccle-
 sia Dei, nec alicui aliæ subiecta: non ergo Concilij ge-
 neralis potestati subest Romanus Pontifex, sed omni-
 mode est supra illam: etenim absurdum esset ad infé-
 riorem potestatem recurrere, neque per illam e. usas
 maiores terminari. Tum etiam à contratio sensu di-
 monstratur hæc veritas, nam à Romana sede nullus ad
 aliam datur recursus: ergo quia est supræimum in Eccle-
 sia Dei tribunal: consequentia est legitimæ, quia ab in-
 feriori ad superiorius datur recursus, ut in omni iure est
 manifestum: si ergo à Romana sede nullus recursus ad
 aliud tribunal admittitur, ideo erit, quia supremum, om-
 nibus que superioris tribunal est: maius habetur expres-
 sa ext. de electio cap. liceit de vita & ubi ait Alex. 3. fin.
 In Romana vero Ecclesia speciale aliquid constituitur, quia
 non poterit ad superiori recursus haberi. Igitur quia
 Rom. Ecclesia Rom. que Praesul nullum cognoscit tri-
 bunal superiorius, consequenter que, nec generale Condi-
 lium erit supra ipsam. Explicatque hoc ipsum clas-
 sissime Glossa super cap. quoniam de renuntiatis in 6. vbi
 ad rationem dubitandi an Pontifex possit renuntiari
 papat, quæ est dicere, quod renuntiatio debet fieri in
 manus superioris, quem Papa non habet: sic respondet.

Non obstante tamen ista ratione debitandi, deciditur contra rium. videlicet quod potest renuntiare papatum: & iura loquentia, quod obtinens administrationem Ecclesiasticam non potest renuntiare, nisi in manibus superioris: intelliguntur, quando a talis renuncians habet superiorum. Et §. Videbantur sine idem docet eadem glossa his verbis: ad id quod dicitur, quod renunciatio in manibus superioris fieri debet fateor id verum, ubi est superior: sed propter impossibilitatem illud hic servari non potest. Et infra: sed Papa an enim non confirmatur, unde sicut sine superiore instituitur: ita sine superiore renunciet. Quem manifeste demonstrant, Romanum Pontificem nullum interris superiorem agnosce: cuius rationem reddens Calixtus PP. I. in epist. ad Benedictum, & habetur cap. non debet 12. dicit sicut Deus filius venit facere voluntatem Patris: sic & vos voluntatem vestram impleatis Matris, qua est Ecclesia, cuius caput, ut prae dictum est, Rom. existit Ecclesia, quidquid ergo sine discretione iustitiae contrahens disciplinam actum fuerit, ratum haberi, ratio nulla permitit. Igitur sicut Dei filius Christus Dominus in carne humana venit ad obsequendum aeterno Patri, & ut homo inferior Patri erat, ipsi que obedientiam in omnibus tenebatur exhibere: ita omnes Ecclesiae Christi quae adeles omnes tenentur obediere Romanorum Ecclesiae, tanquam omnium capitum, eiusque Rectori Rom. Pontifici, unde reliquæ per orbem Ecclesiarum, reliqui que Prosternati ipsarum contra sedis Apostolicæ disciplinam Petri que successoris voluntatem nihil possunt agere, vel decernere, quod alicuius sit roboris, validum ve, aut ratum habeatur. Nec officiun illa verba, apposita in textu, videlicet sine discretione iustitiae: nam ut bene ibi notat glossa, hic vacat argumentum à contrario sensu: solum que innuit hæc sententia textus, quod quando cunque contra Apostolicæ sedis doctrinam actum fuerit, sine discretione iustitiae agitur: non vero permitit oppositum.

Ad idem probandum facit cap. fundamenta de
P elect,

eleſt, in ē. vbi Nicolaus 3. ſie ait, de Eccleſia Rom. ſermonem producens g. ne autem fine : Aies vlli ſub eſſe ho-
mini, qua ore diuino cunctis dignoſcitur eſſe prælatu. Eit
ergo Romana Eccleſia ſuperior omnibus hominibus,
præſertim fidelibus, eadem que ratione Rom. Antiftes:
aſt Concilium generale nequit maiori auctoritate ful-
ciri, quam fideles omnes, ut pote ipſi ſunt totum cor-
pus misticum Eccleſie: ergo ſuperius non eſt Rom.
Pontificis, ſed potius ipſo inferiori, ipſi que penes em-
nia ſubiectum, tanquam D.N.Iefu Christi Vicario, ut
in hoc ipſo c. p. §. decet reſtaurus Nicolans prope finem
dicens: ipſeque (idei Romana Eccleſia) Romani Pontificis
Vicarij Dei. &c. & habetur etiam cap. quanto ext. de trāſ-
lat. epifcopi: & hoc titulo de eleſt. in ē. cap. Vbi pericu-
lum §. caterum paulo poſt initium: cum agitur de creatione
Vicarij Ieſu Christi, ſucceſſoris Petri, Rectoris Uniuersalis
Eccleſie &c. Ex quibus omnibus manifeſte conſtat ve-
ritas noſtre afſertioſis: ex alijsque plurimiſ locis ca-
nonici iuriſ, quæ non vacat expendare, aliqua tamē
videas in remiſionibus litt. m.

Fauente etiam veritate prefixam SS. Pontifi-
ces Max. in suis doctiſſimiſ Epiftolis. Gelasius 2. in epift.
ad Dardanos loquens de prima ſede, Romana ſcileſt,
qua & vnam quam que Synodum ſua auctoritate conſirmat
&c. Quod ipſum quoque habetur cap. conſidimus 2. 5.
q. 1. Item Pelagius 2. in epift. ad Epifcopos qui illicita
vocatione Ioann. Constantinopolit. Epifcopi ad Sy-
nodum Constantinopolim conuenerunt: ibi igitur
aīt cum genealem Synodum conuocandi auctoritas, Apoſto-
liſe ſedi B. Petri singulari priuilegio ſit tradita. & nulla uia
quam Synodus rata legatur quæ Apoſtolica auctoritate non
fuerit uita, quæ verba etiam paulo inferiori repetit &
habentur cap. multis 17. d. Etiam Leo. 9. in Epift. ad
Thomam Epifc. Data 16. Kal. Ianuarij anni ſui Ponti-
ſicatus 6. extat que apud Angelum Mariam Cherubi-
num in editione Romana ann. 1638. tom. I. pag. 47. ſic
ait;

sit. Hec autem nolo vos latet ut non debere praeceperent sententiam
 R. Pontificis Concilia celebrari::: quod in Sanctis canonibus
 statutum, si queritis potestis inuenire. In super Iulius 2.
 in Bulla in dictio[n]is sacri Lateranensis, Conciliis data
 Rom[an]a apud S. Petru[m] anno 1511. 11. Kal. Augusti, P[re]o-
 tificatus sui ann. 8. extat que apud Cherubinum tom. 1.
 Bullarij pagina milii 384. Ib[er]go §. q[ui]a in Concilia-
 boli Pitari auctores inuehens sic Iulius Pontif. Max. lo-
 quitur. Quod si tam ardenter illis cordi est, se caput, &
 auctores generalis Concilij constituerent, quid ad hanc rem fac-
 to opus sit, prius discant. Revoluunt SS. Patrum, & Rom. vi-
 ras Pontificum, & antiquum morem indicendi, & conuocan-
 di, & celebrandi Concilium; traditiones, & leges super his
 editas a Patribus inspiciant, videbunt huius modi Concilia
 a solis Romanis Pontificibus esse in dicta, & aliter in dicta,
 ratam non fuisse. Et §. 9. cvidem Bulla h[ec] addit. Di-
 cant praesibi nomine tantum Cardinales, Dathan, & Abi-
 rion, Achacium que, et Dio[scor]orum representantes, tenebrarum
 filij, numquid summo Fontifici specter, et pertineat congrega-
 re Concilium, et iam si de sua causa agatur? legant, Ultra anti-
 quos gesta Constantiensis Concilij, in quibus se potissimum
 fundant, ut ex eis, tamquam Iudicis ex proprijs codicibus, con-
 fundantur, reperiunt Joannem 2. 3. de cuius potissimum cau-
 sa agebatur Concilium Constantiense huius modi in dixisse.
 Item doctissime Pius 2. antea Aneas Sylvius in Bulla
 suarum retradicationum Data Rom[an]a apud Sanct. Petru[m]
 6. Kal. Maij Anno 1463. hanc veritatem probat, & con-
 firmat, videatur predicta Bulla apud citatum Cherubi-
 num, ac locum, pag. 194. pauca eamen referre, im-
 que concludit, iuuat. Hec nos (inquit) de Rom. Ponti-
 ficiis auctoritate, et potestate sentimus, cui ei congregare gene-
 ralia Concilia, et dissoluere datum est: & paulo inferius
 subiungit: inter qua nullum inuenimus in qua non fuissent
 quod, stante Romano indubitato Praefule, absque iesuis
 auctoritate conuenerit, quia non est corpus Ecclesie sine capi-
 te, et omnis ex capite defluit in membra potestas. Item Six-
 tus

19
tus s. constitutiones. Date Romae apud S. Petru anno
1587. 11. Kal. Februarij. Pontificatus sui ann. 3. & incipit
Immensa eterna Dei in qua s. congregations ad commo-
dium Ecclesie regimur instituit : exatque apud Che-
rubinum tom. 2. pag. 464. ibi ergo in institutione con-
gregat. 8. pro executione, & interpretatione Concilij
Tridentini : huc ait paulo post initium. Cum ad sin-
gularem Romam Pontificis auctoritatem tunc modo spelet ge-
neralia Concilia in dicere, confirmare, interpretari, &
ubique locorum seruentur curare, ac presidere. Hec hi SS.
Pontifices aliquique plurimi quos efferre nobis, nec tem-
poris breuitas, nec operis pernitit, consonant, ut mani-
festa sit veritas de superioritate Romam Pontificis supra
Concilium generale. Confirmant hoc magis SS. Ge-
rali, verba in supra citata ad Dardanos epist. sic aientis
§. 12. Sed nec ille praterimus, quod Apostolica sedes frequen-
ter, ut dictum est, amore maiorum, etiam sine illa Synodo pre-
cedente, & absoluendi, quos Synodus inique damnauerat, &
damnandi nulla existente Synodo, quos oportuit habuit faral-
larem. §. 13. Sancte memoriae quippe Athanasium Synodus
Orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes Apostolica
ea, quia damnationi non consenserit, absoluuit. §. 14. Sancte me-
moria nihilominus Ioaninem Constantinopolitanum Synodo-
eiam Catholicorum Presulum certe damnauit, quens similis
nodo Sedes Apostolica, etiam sola, quia non consenserit, absolu-
uit. §. 15. Idemque Sancte memoriae Flavianum Pontificum
congregatione damnatum, pari tenore, quo Sedes Apostolica
non consenserit, absoluuit, potius, quia illuc receptus fuerat, Dioce-
sarum secunde sedis Presulem suam auctoritate damnauit, &
imprimis Synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit, inqua Pon-
tificibus in numeris, qui latrocino conuerant Ephesino, ve-
niam posternius sole concessit, & in sua perfidia permanen-
tes nihilominus sua auctoritate prostrauit, quam congrega-
tio, que illic, pro veritate reparanda, collecta fuerat, est secu-
ra : quoniam, sicut id, quod prima sedes non probauerat, consi-
tare

care non potuit, sic, quod illi censuit iudicandum: Ecclesia co-
 ta suscepit. §. 16 Ibi etiam consequenter ostenditur, quia ma-
 legerat Synodus, id est contra scripturas sanctas, contra dic-
 trinam Patrum, contra Ecclesias, id est, cas regulas, quam cora na-
 rito Ecclesia non recepit, & praeципue iudas Apostolica non
 probauit: per bene gestam Synodum, id est secundum scriptu-
 ras, secundum traditionem Patrum, secundum Ecclesias, cas
 regulas pro fide Catholica, & communione prolata, quas
 cuncta recepit Ecclesia, quan maxime sedes Apostolica com-
 probauit, ut debuerit & potuerit immutari. Hac Max,
 iste Pontifex in hac epistola, que sufficienter nostrum
 euincunt propositum, si etenim Rom. Antikes genera-
 lem Synodum qualis fuit Ephesina & non consentiendo,
 seu non confirmando irritam, nullaque reddidit, abi-
 dubie super generale Concilium supram demonstra-
 tur habere potestate: n: similiter si, à Concilijs damna-
 tos, potest absoluere, potiorem, quis dubitet, potestat-
 tem eius existere. Vnde in generalibus Concilijs sola
 ea decreta, & acta robur, ac firmitatem fortiuntur, que
 Apostolica Petri sedes approbanda reputauerit; quod
 idem SS. Gelasius expressit opusculo de Anathematis
 vinculo, qui extat rom. 2. Concil. p. 1. pag. mihi 487. in
 editione Seuerini Binij, ibi igitur initio sic loquitur
 Gelasius. Ne forte, quod solent dicant, quod si Synodus Chal-
 cedonensis admititur, omnia constare debeant, que illic viden-
 tur esse de prompta. Aut enim ex toto eam adoriri oportere,
 aut, si ex parte repudiabilis est, firmam ex toto constare non
 posse. Cognoscant igitur illud secundum Scripturas Sanctas,
 traditionemque Maiorum, secundum canonem, regulasque
 Ecclesiae, pro fide communis, & Veritate Catholica, & Apos-
 tolica, pro qua, hanc fieri, sedes Apostolica de legauit, factam
 que firmauit, à cora Ecclesia indubitanter admitti: alia autem
 que per incompetenter presumptionem ibi prolatas sunt, vel
 potius ventilata, quae se sedes Apostolica gerenda nul' atenus de-
 legauit, mox à Vicarij, sedis Apostolicae contradicta, mani-
 festissime est; que sedes Apostolica, etiam petente Martiano Prin-

et ipso nullatenus approbauit, quæ Præfus Ecclesiæ Constantino
 politanæ, tunc Anatolius, nec se præsumpsisse profesus est, &
 in Apostolice sedis Antistitis non negant posita potestate;
 quæ ideo, sicut dictum est, sedes Apostolica non recepit, quia,
 quæ primitijs vinerjalis Ecclesiæ contraria probantur,
 nullaratione sustinet. Et iterum & quantos autem pro pe-
 finem subdit. Quod sedes Apostolica non consensit: acc. Im-
 perator imposuit, nec Anatolius usurpat. Totum que (ut
 dictum est) in sedis Apostolice posicium est potestate. Ita quod
 firmavit in Synodo, eis Apostolica, hoc robur obsinuit, quod
 refutavit, habere non potest firmitatem. & sola rescindit, quod
 preter eisdem nem congregatio Synodica putauerat usurpadum
 non promulgatrix iterata sententia, sed cum Apostolica sede
 Veteris executrix. En quam disserte SS. Gelasius supræ-
 mam Apostolice sedis supra generale Concilium cuin-
 cit potestatem: cum certum sit omnino Chalcedo-
 nente Concilium fuisse 4. generale, satis que numero-
 sum, 630. scilicet Episcoporum, & tamen decretum ac-
 tionis 16. de præcedentia Constantinopolitanæ sedis
 post Romanam noluit confirmare Leo I. Pontifex, qui
 eo tempore claram tenebat Ecclesie, qua propter præ-
 dictum deeretur, & si à tere omnibus Conciliij Patri-
 bus, præter Pontificis Rom. Legatos, editum, nullius
 roboris, ac firmitatis extitit, nam ut ipse SS. Leo ad Pul-
 chriam Augustam iter bens dicit; Confessiones Episcopo-
 rum, Sanctorum Canonum apud Nicæam conditorum regu-
 lis repugnantes Unitam nobiscum vestris fidei petare, in irri-
 tum mitimus, & per anchoritatem B. Petri Apostoli genera-
 li prorsus definitione cassamus. Quæ Epist. est 55. Leo
 nis ipsam que etiam refert Seuerinus Binius tom. 2.
 Concil. p. 1. pag. 356. est que loco 7. inter ibi relatas:
 igitur sola Romani Pontificis auctoritas queit irritare
 generalium Conciliorum definitions, sive decreta,
 etiam si à maiori parte, seu ab omnibus Conciliis Patri-
 bus emanauerint, quare quidquid decreuerint Patres
 in Concilio, si præter Romani Pontificis datam sit inf.
 crucio.

fructuationem, vel postea approbationem, sive confirmationem a sedi apostolica non obtinet, nullius erit similitudinis, aut roboris, uti peripicuum manet ex verbis Gelasi: ex quibus clare nostrae assertio[n]is veritas conuinicitur.

Accellere item Patres pro nostra, ac Catholica Sententia suffragium terret[ur]. Isidorus namque catus a codice quodam antiquo, quem typis mandatum edidit Severinus tom 3. Concil p 2. pag. 383. cap. 121. l[et] 3 h[ab]ec Isidori verba refert: *Synodorum vero congregandarum auctoritas Apostolicae editi primata commissi est potestate: nec ullam ratam esse legimus; quæ eius non fuerint auctoritate congregata, & false: h[ab]ec Canonica testatur auctoritas: h[ab]ec Ecclesiastica historia reborat: h[ab]ec Sancti Patres confirmant.* Item S Athanasius in Epist. ad Felicem, PP. cap. 2. ita scribit: *comus in Nicena magna Synodo, 318. Episcoporum, ab omnibus esse reboratum, non debere ab que Rom. Pontificis sententia, Concilia celebrari.* Similiter plurimi alij Sancti Patres, cum frequenter admodum sedis Romanæ auctoritatem super uniuersum fidelium ex tam acerrime, constanterque assuerent, ac defendant, ut supra munimine nostrum. Item firmant nostram assertio[n]em fere omne Doctores Catholici, quorum aliquos in remissionibus citabimus. n.

Restat iam pro majori nostræ veritatis demonstratione oppugnantia tela intringere aduersariorum, pro quo, & pro & qui uocatione vitanda maxime aduentendum, in praesenti non fieri comparationem generalis Concilij includentis Papam hoc est, auctoritate legitimi & indubitati Pastoris coet[us], in quo vel per se, vel per legatos suos praesideat, omnia que de ipsius consensu, ac dispositione, bene placito que definitur, & procedant: non igitur, hoc pacto fit comparatio ad Romanum Pontificem, inquirendo, quænam sit maior auctoritas Concilij, ut sic intellecti, ac considerati, vel Romani Praefulis h[ab]e[nt] Concilio: h[ab]ec namque comparatio

ratio omnino frigida esset, ac impertinens: certum
 est etenim, tunc casus tam Papam, quam Concilium es-
 se eiusdem auctoritatis, seu, ut proprius loquamur, esse
 eadem inuariata auctoritas, cum sit unum, idem q̄ tri-
 bunal, eadem que intensius potestas, solum que extensi-
 us diversa, & maior: quod patet exemplo communis
 enim etenim prout est ratio valueratissima concerneat
 Deum, & creaturas, non est maius bona in intensius
 quam sit solus Deus sine creaturis: licet extensius di-
 catur maius, quia sunt plura bona: hoc est plura subiec-
 ta, in quibus bonum aliquo d' reperiatur similiter Christus
 Dominus est extensus minor tota Ecclesia, ut pote-
 ciudem caput, & membrum tantum unum, licet prin-
 cipalus: & tamem tota Ecclesia non dicitur intensius
 maior ipso Christo solo, quia non habet auctoritate,
 nec potestatem maiorem tota Ecclesia, inclusa etiam
 Christo D. quam habeat Christus Dominus sine reli-
 quis Ecclesie membris: unde simili modo de Romano
 Pontifice, ut pote habente eandem supremam potesta-
 tem ad Ecclesie regimē de legatam, seu commilam
 à Christo D. sit que eius Vicarius interris, ut fide est
 certum: nobis est philosophandum. Versatur igitur
 in praesenti comparatio, inter certum, ac indubitatum
 Papam, ab una parte, & inter Concilium generale cui
 Papa nec per se, nec per suos praesit legatos, seu quod idē
 est, quando, & si legatos misserit, ut praesidentiam exer-
 ceant vice Romani Pontificis, legati tamem agunt con-
 tra eiusdem Pontificis instructionem, & voluntatem:
 tunc que non erunt vere legati, cum tale munus non
 exerceant: in hoc ergo sensu ventilata est quæstio
 hec tempore Basileensis Concilij, quod potestatem su-
 pra Eugenium 4. Romanum Pontificem prætendebat
 habere: legitimum que Concilium se assertebat esse,
 licet Pontifex neque per se, neque per suos legatos ad
 esset imo potius repugnabat Concilij proscriptio[n]em.
 Hoc ergo breviter notato, iam ad argumenta contra-
 zio[n]em

tiorum acedamus.

Sic igitur Argumentum i. ex Ioanne Patriarcha Antiocheno, qui in libello pro Basileensi Synodo sic profert suam sententiam: extat apud Seuerinum tom. 4. p. 1. pag. 199. ubi sic. Ecclesia est vna congregatio omnium fidelium, extra quam nullus omnino Saluatur: sed Rom. Pontifex est unus ex fidelibus: ergo nequit Salvatori extra Ecclesiam, & conseq[ue]nter est intra ipsam: mai. est expressa cap. firmior de summa Trinit. §. una vero: mi. etiam est certissima: consequentia est legitima: nunc sic, sed continens in se aliud, est maior contento in ipso: ergo Vniuersalis Ecclesia est maior Rom. Pontifice, ac per consequens maiorem, seu potiorem habebit auctoritatem Hoc posito sic arguit ad inventum Papa non est superior Vniuersali Ecclesia: sed generale Concilium vniuersalem Ecclesiam representat: ergo Papa non est superior Concilio generali: mai. probata manet, ac iterum etiam suadetur: nam Papa non dicitur vniuersalis Ecclesiae P[re]stol, sive Episcopus: igitur non est superior Ecclesia vniuersali: antecedens habetur expressum cap. Ecce 99. d. vi. Gregorius epist. lib. 7. 30. indict. i. Eulogio Patriarcha Alex sic scribit: Ecce in prefatione Epistle, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxisti, superbae appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicentes, in primis curasti, quod peto dulcissima mihi. Sanctitas destra ultra non faciat, quia vobis sub trahitur, quod alterius plus quam ratio ex igit exhibetur. Et post pauca subdit. Si enim vniuersalem me Papam vestra Sanctitas dicit, negat se hoc esse, quid me faretur vniuersum. Sed absit hoc Item Pelagius 2. epist. omnibus Episc. illicite a Ioanne Constantino pol conuocatis habetur que ead. dist. cap. Nullus: sic ait: Nullus Patriarcharum vniuersalitatis vocabulo rogatur, qui si unus Patriarcha vniuersalis dicitur: Patriarcharum nomen esteris de rogatur. Et post aliqua concludit Quia propter Charitas vestra neminem vnam suis Epistolis vniuersalem nominem ne sibi debitum subtrahat,

trahat, cum alteri honorem defert in debitum. Item Concilium Africanum cap. 6. ita diffinit ut habetur cap. Prima sedis dist. eiusdem. Prima sedis Episcopus (inquit) non appellatur Princeps Sacerdotum. Vel Iunius Sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum prima sedis Episcopus. Cōcordat que glossa in p̄z allegato cap. Ecce exponens verbum illud negat se hoc esse: sic id est de vniuersitate, cum ramen Ecclesia Romana non sit vniuersa, sed sit de vniuersitate. Quod ipsum etiam comptobare intendit Ioannes p̄dictus ex cap. quamvis 2 1. d. vbi Gelasius sic loquitur. *Quamvis vniuersae Ecclesiae Christi thalamus sint Romana ceteris prælata est. Ex quibus verbis sic maiorem supra positam probat, mente n. Gelasij exponens videlicet, quod cum Romana Ecclesia una cum ceteris Thalamū Christi constituant, vniuersalem videlicet Eccleham: Romana tamē ceteris particularibus prælata est, non vero vniuersali Ecclesie, id est Thalamo Christi: quod idem affirmat de Rom. Pontifice concludens non esse superiorem vniuersali Ecclesia. Minor vero principalis videlicet, quod generale Concilium vniuersalem Ecclesiam repræsentet, habetur etiam expressa in decreto supra allegato Constantiensis Conciliū sess. 4. dicenteis & primo declarat quod ipsa in Spiritu & legitime congregata, generale Concilium faciens, & Ecclesiam Catholicam repræsentans &c Quod per reliquas sessiones pluries repetit. Consecutionem vero sic probat. Nam eadem p̄z eminentia, idemque honor, qui repræsentato debetur, etiam est debitus repræsentanti, illius que vices gerenti, ut constat ex cap. Precipimus: 9 3. d. vbi 6. Synodus sic disponit Precipimus ne Diaconas::: ante Praesbiterum sedeat, n̄ si cum locum habuerit proprij Patriarchæ, aut Metropolitani sui pro aliquo capitulo. Tunc enim, sicut illius locum tenens, honorabitur. Item cap. Valde sequentis dist. Greg. ad Episcop. Siciliæ lib. 11. epist. 1. ait: Valde necessarium esse per xp̄ximus::: ut vbi nos præsentes esse non possumus, nos t̄a per eum, cuius precipimus, repræsentetur autoritas. Ita simili-*

militex cap immenso 27. dist. vbi de Episcopis sic Anacle
tus epist. 2. loquitur, qui antea spernit eos, cum, aquomissi
sunt, & cuius legatione funguntur, spernit. Additq ad idē
quod Apostoli vsum generaliū Conciliarū inuenierunt,
vt per illa decernerent ea, quæ ab vniuersali Ecclesia
congregata decerni possent, quod constare dicit ex Actis
Apostolorum cap. 1. 6. 8. & 15. & hoc est primum ar-
guementum, quod contra nostram veritatem prædictus
Ioannes Antiochenus Patriarcha proponit.

Respondetur tamen in forma concedendo mai, primi syllogismi, & disting. mi. Sed Romanus Pontifex est unus ex fidelibus, qui sit membrum Superius, sine ea-
put totius corporis mystici Ecclesiæ concedo mi. unus
ex fidelibus priuatissimis, subditis que, nego mi. & concessa
consequentia quoad 1. partem, subdara distinctione con-
ceditur etiam pars 2. videlicet quod Pontifex sit intra
Ecclesiam, vt illius Princeps, Pastorque supremus totius
ouilis Dominicæ. Ad sub sumptam verodici mus, quod
continens est maior contento sub illo, non secundum
omnem rationem, sed secundum aliquam vnde in pre-
senti vniuersalis Ecclesia est maior suo Pastore Rom-
Pontifice extensio. & materialiter, non vero intensi-
ve, & formaliter, sive potestatiue, nam omnis auctorita-
tas Ecclesiæ deriuatur in ipsam per Papam, ac per Pasto-
rem suum, vt pote per caput ad membra, sic que in ipso
viger omnis potestas membrorum, omnis que plorum
facultas resplendet: vnde Ecclesia vniuersalis continet
suum Pastorem, vt partem principalissimam & superio-
rem in i. la, admodum quo, vt dicebamus, ratio commu-
nis entis Deum, per indeque, sicut haec non est maioris
perfectionis intensio, ac Deus ipse solus: ita Ecclesia
vniuersalis non est maioris potestatis intensio, quam
solus Papa: & vt collectio omnium luminarium non est
majoris lucis intensio, quam sit sol solus, sed tantum
extensio. quatenus sunt plura subiecta habentia parti-
cipationem lucis ab ipso sole: similiter Ecclesia tantum
est

est extensio maior Romano Pontifice, quatenus sunt plura subiecta cum dependentia ab ipso: ex quibus negatur consequentia videlicet, quod vniuersalis Ecclesia habeat maiorem potestatem, quam Papa. Ad Syllogismum subsecutum negatur maior ex doctrina data, ad probationes vero ex canonico iure singulatim Respondetur. Ad 1. ex cap. Eccl 99. d. dicimus non respuerem nomen vniuersalis Papæ, quasi indebitum tibi ratione dignitatis Gregorium: sed humilitatis amore tale nomine vitare voluisse, quia forte aliquibus tempore illo foret odiosum: quod latet in sinuante sequentia verba scilicet. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant. Cupiensigitur S. Pontifex omnem iurgij, ac contentionis vitare causam hoc nomine minime appellari cogitat, non quia lux Pontificis ac supernæ non competit dignitas sed quia vitare desidia humilitatemque colebat maxime studebat. Quod ut magis patet fiat ad ungo verba ipsius SS. Pontificis, que in relata epist. sequuntur, dicit ibi, & quidem in Sacra Chalcedonensi Synodo, atque post a juxta sequentibus Patribus hoc decessoribus meis oblatum, vestra Sanctitas nonit. Sed tamen nullus eorum ut hoc in quām vocabulo voluit, ut dum in hoc mundo bonorum Sacerdotum diligenter omnium, apud omnipotentem Deum custodirent suum. Ex quibus verbis manet certum, quod Gregorius non vitare cupiebat nomen vniuersalis, tanquam repugnans, aut contrarium iuri papatus: non enim est credibile, quod Sanctus Pontifex, qui quatuor Concilia generalia, quorum quartum fuerat Chalcedonense, veluti quatuor Christi Euangelia fasus est venerari vniuersalis Patriarchæ, nomine SS. Leoni ab ipso Concilio oblatum iniuste, aut contrarias putaret: nec etiam hoc de generali Concilio à contrarijs suspicari arbitramur. Deinde quia Sextus I. Pontifex, ac Martyr SS. suam Epistolam sic incipit: Sextus vniuersalis Apostolice Ecclesie Episcopus omnibus Episcopis in Domino salutem: quod nomen, nisi in se sibi, tanquam Christi Vicario super vniuersa

uersalem cætum, competet, minime usurpare; vide
 Seuerinum in notis ad hanc epistolam tom. i. Concil.
 p. i. pag. 62. col. 2 Item Pontiani Pontificis epist. 2 in-
 cipit: *Pontianus Sancte, & Vniuersali Ecclesiæ episcopus &c*
 extat que ibidem pag 91. col. 1 quod nomen Iepissime
 Sanctis Romanis Pontificibus ab orthodoxis pijsque Pa-
 tribus oblatum reperies, vide notas præ allegati capit is
 ecce d. 99. Vnde quod ibi S. Pontifex insuit tantum est
 tale vniuersalis Papæ epitectorum à decessoribus Rom.
 Pontificibus non fuisse frequenter in usu, licet aliquam
 do cum ratio, aut necessitas postulabat, illo vñi sint, ut
 vidimus. Conuale etiam Seuerinum in notis ad Concilium
 Chalcedon. act. 3. verbo *Vniuersali Archiepiscopo*
 & tom. i. p. i. pag. 417 col. 1 ¶ Ad 2. probationē ma-
 ioris ex cap. Nullus eiis d. 99. d. dicimus quod Pelagius
 ibi minime de Romano Pontifice mentionem facit, sed
 Ioannis Constantinopolitani Patriarchæ damnat superbiā,
 eo quod se vniuersalem, seu Occumenicū
 appellari fecerat, Cōciliumque, quod ipse generale affer-
 bat, absque Apostolicæ Rom. Sedis auctoritate coegerat:
 vnde licet Romano Prætuli, vt Ecclesiæ vniuersa-
 lis capiti nomen vniuersalis possit tribui, hoc que sine
 aliorum iuris Prætulū, tamen modestia, ac humi-
 litate sua Romani Pontifices à simili appellatione volu-
 erunt abstineri, vt aīc ipsiis tale nomen repellentes, fa-
 cilius aliorum, qui contrafas, & ius, talem usurpare ap-
 pellationem superbe conarentur, vt fecit Ioannes præ-
 dictus, audaciam reppellerent, arrogantium que obiurū
 gare poscent. Nec in prædicta epistola SS. Pelagius par-
 suę sedis primatum, supraque omnes alias sedes potesta-
 tem demonstrat, cum ferme vndecim validissima ar-
 gumenta ad intentum tormentur, vt notauit Seueri-
 nus, quem videoas tom. 2. p. 2. pag. 259. col. 2. ¶ Ad 3. ma-
 ioris probationem ex cap. *Prima sedis* dicimus ibi Con-
 cilium solū loqui de Patriarchis, non vero de Rom.
 Pontifice, vt capite Ecclesiæ, & Vicario Christi, vt eo-
 lligitus

Iigitur ex glossa ibidem, quæ l. y. Prima sedis exponit
 id est Patriarchalis. Vnde nil contra nos, nam in cauone
 29. Nicænæ Synodi, de quo iam supra mentionem feci-
 mus, dicitur: ille, qui tenet sedem Romæ, caput est, & Princeps omnium Patriarcharum. ¶ Ad 4. ex glossa in cap. ecce,
 iam relato, respondetur, quod sub consideratione multi-
 pli possumus Romanum Pontificem accipere, &
 sub qualibet, illi munia diuerla tribuere: nam potest
 considerari, quatenus est episcopus Romanæ Dicæsis,
 videlicet, ut Romana Ecclesia est particulare quoddam
 membrum, seu pars universalis Ecclesie, & quatenus ta-
 li, ipsi assignatur suus particularis Pastor, ac Præfus: dein
 de in quantum est quædam Patriarchalis Ecclesia, habet
 que suum Patriarcham, ac Primatem, & denique ut est
 caput, & Princeps exterarum omnium orbis Ecclesie.
 tuin, & pro ut sic habet tamquam suum Pastorem SS.
 Papam Vicarium immediatum Christi Domini, vnde
 in Romano Pontifice coadunatur simul, quod sit Episco-
 pus, Archiepiscopus, Primas, Patriarcha, & Papa, id est
 omnium fidelium Pastor, & Rector: consequenter que ex
 qualibet istarum dignitate diuersum sibi munus com-
 petere, est accessarium: vnde quando predicta, glossa di-
 cit, quod Gregorius negat se hoc esse id est de universitate,
 intendit dicere, quod summus Pontifex non praeficitur
 tamquam particularis Episcopus cui libet Ecclesie par-
 ticulari, nam alias alij Episcopi non essent Præfuses sua-
 rum Ecclesiarum, non vero negat glossa quod Romanus
 Pontifex sit universalis Rector omnium Ecclesiarum,
 sed quod non sit unicus, & excludens ordinariam Epis-
 coporum iurisdictionem: sicut licet Christus D, sit Rec-
 tor cuiuslibet Ecclesie, etiam particularis, nō adimit,
 quod talis Ecclesia particularis habeat suum, propriū, &
 specialem Rectorem episcopum: cuius rationem assig-
 nat S. Th. tractatu contra impugnantes religionem, di-
 cens, quod Christus Papa, & episcopus non computan-
 tur nisi unus sponsus Ecclesie, & consequenter unus Rec-
 tor:

tor: Christus videlicet per in fluxum interiorum gra-
 tie : Papa ut Vicarius immediatus ad exterius regi-
 mem, & administrationem; episcopus ad dispensationem
 Sacramentorum, & aliorum munetum cum dependen-
 tia à Papa, in partem sollicitudinis vocatus. ¶ Ad expli-
 cationem verborum SS. Gelasij in cap. quamvis 21. d. di-
 cimus, quod talis expositio est contra intentionem Pon-
 tificis, & contra veritatem, ibi namque intendit dicere
 Gelasius quod Romana Ecclesia est caput, & Princeps in
 Ecclesia vniuersali, hoc est omnium Ecclesiarum, scut
 enim dicitur quod Deus est caput vniuersi, quin vere
 distingui possit, quod non sit caput, & Princeps vniuer-
 sitatis, sed tantum cuiuslibet entis particularis, & non
 collectionis omnium, ita similiter de Rom. Ecclesia, &
 principaliter de Rom. Pontifice verificatur, quod sit ca-
 put & Princeps vniuersalis Ecclesie, quin habeat locu-
 talis distinctio videlicet, quod solum sit caput, Prin-
 ceps, & Pastor omnium Ecclesiarum in particulari, non
 vero omnis collectionis : nam alias sequeretur, quod
 vniuersalis Ecclesia esset visibiliter acephala, & trun-
 cum quoddam corpus sine capite, ac consequenter Eccle-
 sia visibilis esset monstruosa, quod dici nequit ab ullo
 Catholico : nec ratio Gelasij similem patitur expo-
 sitionem, nam ex eo, & bene, probat primatum Romae
 Ecclesie : quia super Petrum fundata est Ecclesia vni-
 uersalis: iuxta illud Christi D. tuis Petrus, ¶ super hanc
 petram edificabo Ecclesiam meam Math. 16. sed super Pe-
 tram non tantum fuerunt edificatae particulares Eccle-
 sie, sed vniuersalis Ecclesia, & thalamus Christi per-
 festus. & adaequatus, ergo Petrus non solum est funda-
 mentum particularum omnium Ecclesiarum, sed etiā
 & propissime Ecclesie vniuersalis, ac perconsequens
 illius, Princeps, ac Pastor cum plena potestate su-
 per vniuersalem eternam, ac collectionem omnium Eu-
 delium: unde Ecclesia in oratione pro Pontifice: Deus fide-
 lium P̄ester, ¶ Rector, qui famulum tuum N. Ecclesia rite
 pre

preesse voluisti. Canit, ut vniuersalis Ecclesiæ Pasto-
 rem esse demonstretur. ¶ Minorem autem sylo-
 gismi principalis, videlicet quod generale Concilium
 vniuersalem representet Ecclesiam, distinguimus:
 Concilium generale, in quo influit Romanus Pontifex
 verus, & indubitus, representat vniuersalem Eccle-
 siam concedimus, in quo nos influit, sub distinguimus,
 si ad sit, seu si tunc causus sit in Ecclesia, negamus: si
 Ecclesia non habeat certum, & indubitatum Pontifi-
 cem, iterum distinctione utimur, tunc representat
 Concilium generale vniuersalem Ecclesiam ad ea,
 quæ ad prouidendum de Patoe indubitate pertinet,
 concedimus: at alia, quæ sine Patoe certo fieri ne-
 queunt, & quibus remedium aliter possit adhiberi:
 negamus. Ad probationes prædictæ minoris dicimus,
 quod allegati textus tantum probant, vbi est verare
 præsentatio: quæ deficit in concilio generali. ac-
 phalo, quando existit verus, ac indubitus Pontifex,
 cuius ratio est. Nam id tantum, potest representare
 vniuersalem Ecclesiam, quod representatiue,
 aut virtua liter continet corpus mysticum, & per-
 fectum ipius: sed generale Concilium diuisum à
 Romano Pontifice certo, & indubitate, non con-
 tinet representatiue corpus mysticum perfectum
 ecclesiæ: igitur non representat ecclesiam vniuer-
 salem: maior est euidens, nam irre representans,
 & representatum debet proportio seruari, &
 cum ecclesia sit quoddam corpus mysticum perfec-
 tum, dicente Apostolo 1. ad Corinth. 10. unus pa-
 nis, & unum corpus muti sumus, super quo Au-
 gustinus: typice unus panis, & unum corpus Ecclesia
 dicitur: Necesse erit, quod Ecclesiæ repræsentati-
 um unum mysticum, ac perfectum corpus repræsen-
 tet: mihi vero probatur: nam generale Concilium
 diuisum à Rom. Pontifice: est repræsentatiue corpus
 quoddam eruncum, & acephalum; igitur nequit re-
 præ-

præsentatiue corporis quoddam truncum, & acephalūt
 igitur nequit repræsentare corpus perfectum, ac cōf-
 tens capite: antecedens est euidens, nam membra à ca-
 pite diuisa, & sine ipsius influxu, & si inter se colliga-
 ta, & unita, sive cōgregata nequeūt cōstituere corpus
 perfectum: Sed Romanus Pontifex, ut fides tenet, est
 Ecclesiæ vissibile caput, a quo in reliqua membra
 omnis potestatis, & iurisdictionis influxus detinatur:
 ergo nulla membra ab illo diuisa, & abique ipsius in-
 fluxu, quantumvis alias coadunata, & congregata po-
 ssunt constitutre perticulum Ecclesiæ corpus myticum,
 adhuc repræsentatiue, sed tantum erit corpus trūca-
 acephalum, & absque facultate omnimoda ad ope-
 randum, sicuti est corpus organicum a suo capite di-
 visum: igitur nulla congregatio, quantumvis numero
 sa præsumptio potest independenter à Pontifice Ro-
 mano in uertalem repræsentare Ecclesiam:
 ac per consequens neque generale Concilium, cu' Pa-
 pa nec per se, nec per legitimos legatos, cum munus
 recte ad implentes præ est, talem repræsentationem
 fortitur: ex quo patet falsitas minoris negatur que ab
 solute consequentia. ¶ Ad illud quod additur ex
 Constantiensi Concilio, iam ex dictis supra manet
 sufficenter responsum, non enim admittimus quod
 prædictæ sessionis 4. nec decretaliter conciliariter fue-
 rint acta, ac per consequens, si extita calum schisma-
 tis, & incerti capitum Ecclesiæ intelligi velint, aliu-
 ius esse auctoritatis, vel roboris. ¶ Ad ultimum ex
 Actis Apostolorum dicimus, ex illis Apostolorum Con-
 cilijs potius confirmari Vicarij Christi superioritatē,
 quam probari contrarium: etenim in 1. Concilio habi-
 to Hiero sylvinis anno Christi 34 in domo Mariæ Ma-
 triis Iohannis qui cognominatus est Marcus, Apostoli, &
 discipulis Domini præsentibus, ut efficit Baronius ad
 eundem annum num. 236. Petras, uti esput, & Princeps
 omnium Apostolorum, & fidelium exurgens in medio

fratrum, dixit: vni fratres. Q.e. Et exponens scripturas, propria auctoritate, vt vos Ecclesiae, sine caliorum suffragio, concludit, procedendum est ad electionem alterius Apostoli, qui locum obtineat, & Apostolatum, quem Iudas suis proditione, ac miserabili exitu perdidit: ut legitur actum i. ver. 15. & sequentibus: igitur ex hoc texu solum habemus, quod in Concilio illo, Petrus, quartenus Vicarius Christi, & uniuersalis Ecclesie Pastor supremam exercuit auctoritatem in exponendo Dei verbo, & decernendo, ac determinando, quid tunc agere apotecebat ad Ecclesiae statum: quod ipsum clare innuit textus, atque explicuit Chrysostomus homil. 3. in Lue. 22 sic admirans. Quam (inquit) est feruidus? quam cognoscit, creditum sibi a Christo gregem? quam in hoc choro Princeps est, & ubique primus omnium incipit laus? & paulo interius. Primus omnium auctoritatem usurpat in negotio, ut qui omnes habet in manu. Ad hunc enim dixit Christus, Tu aliquando confirma fratres tuos. Sequitur Chrysost. Occumenius in qui ens: su git Petrus, & non Iacobus, tamen quam feruencior, & velut i.s, cui discipulorum presidencia commisae est. Igitur plane habemus ex hoc Apostolorum Concilio, Petri, ac successorum Romanorum Pontificum super Concilia omnimodam, supremaque potestatem: & quod in tantum Concilium representante potest uniuersalem Ecclesiam, in quantum non dividitur a suo capite, Preside, ac Pastore Romano Pontifice: secus vero si diuisu manens, influxu iesu non accipiat. Ex secundo Apostolorum Concilio etiam Hierosolymis eodem anno habito iuxta citatum Baronium, tantum habetur quod Apostoli conuocauerunt multitudinem, ut murmur Graecorum sedaretur, ortum ex ea quod de picarentur in ministerio quotidiano viage eorum, coactoque Concilio, ac multitudine presente, decreuerunt Apostoli, comitente multitudini fidelium, quod eligerent, seu potius postularent septem viros, quos optimos iudicarent, ut deseruissent ad subeniendum, nec cessa-

cessitatibus singulorum fidelium in temporalibus. Ici-
licet cibo, & vestibus equitate, ac prudentia distri-
buendis, iuxta cuiuslibet indigentiam, ne iurgia, iux & con-
flictus inter fideles ex inxuali largitione; qua elec-
tione, seu postulatione facta a multitudine, non quia iure
sibi competenteret, sed ex priuilegio, & consensu Petri, ad
quem spectabat ordinati sunt. I. ptcim Diaconi ab Aposto-
tis, ut refertur cap. 6. Actuum: quibus per actum, sedata
est contentio, & verbum Domini crecerat, & multiplic-
eretur numerus discipolorum in Ierusalem. Valde, ex quo
nihil contra nostram veritatem infertur, siquidem pre-
sente Petro, ipsoque ordinante, & disponente omnia pe-
racta sunt, neque aliquid in contrarium ibi reperiri pos-
set, ut consideranti manifestum sit. Ex cap. 8. Acto-
rum vers. 14. legitur. Cum autem audissent Apostol. qui
erant Ierosolymis, quod recepererat Samaria verbum Dei, mi-
sererunt ad eos Petrum, & Ioannem. Ex his ergo verbis ad-
uersarij nostram, veram que sententiam impetrare au-
tumant: ex ipsis (inquiunt) Apostolorum, ut constat ex
textu, misserunt Petrum, & Ioannem: ast qui cunque
mittendi potestatem habet, potiorem autoritatem, quam
is, qui mittitur sortitus: igitur ex ipsis, congregatio, sive
Coelium Apostolorum potiori, sive majori autorita-
te gaudebat, quam Petrus; & consequenter, quodlibet
Concilium, quam Romanus Pontifex, seu successor Pe-
tri, verum haec nihil officunt: & in primis ipsum est
Arius argumentum, quo diuinitatem Filii Dei euer-
te intendebat: & quo sequaces eius plures vñsunt,
ut blasphemie negent Filii, & Spiritus S. cum xterno
Patre equalitatem; ita que eandem, quæm D Augustinus lib. 2. de Trinit. cap. 5. solutionem ad illud cue-
rendum, hic applicare licet. Dicit ergo S. Doctor, quod
non omnis missio importat mittentis imperium, unde
nec Pater xternus mittens, unigenitum filium suum,
nec Pater, & Filius mittentes Spiritum Sanctum mai-
oris auctoritatis dicuntur, cum tres divinæ personæ esse

terne sibi sunt, & coequales, unde similiter, Augustini doctrinam usurpantes, dicimus in presenti, quod talis missio Apostoloci certus non fuit tamquam imperantibus seu superioribus auctoritatem habentis, sed tamquam consiliantis, aut rogantis: sic enim Matth. 2. verl. 8. dicitur de Herode, & mittens illos (id est tres Reges Magos) in Bethlehem dixit: ire & interrogate diligenter de puerro &c. et tamen Herodes nullam habebat iuxta Reges illos potestatem: quam doctrinam docet Angelicus Magister 1. p. q. 43. art. 1. ubi inquit, quod eit missio aliae secundum auctoritatis imperium, ut quando Dominus misericorditer seruum, au Rex vestrum illum: & alia est secundum coniugium, ut quando dicatur senatum mittere Regem ad bellum, vel amici alicui ad litem, aut aliud negotium utile ipsis: ita que Petrum misserunt Apostoli non auctoritatis imperio, sed prouidentiaz confilio, ut potest magis commodum, tum ratione dignitatis, & officij tum quia magis seruidum, atque maiori precesterim miraculorum gratia excellenter, quod tunc maxime erat necessarium ad firmandos Samaritas infide, quam accepserant: sic que B. Petrus, amore flagrans, legatione accepta prauit, & ad impetravit, ut causam Dei, & Ecclesiaz ageret, quin ex hoc gradum, seu auctoritate sue prælationis immihiueret, sed potius fernore, & humilitate extolleret, arque ornaret. Vnde Caecilius exponens hunc locum ait: Petrum Apostoli mittunt, non imperio, sed fraterna charitate, ac impulso re, ut multi fratres miscerunt quandoque maiorem. & capitulares miscerunt episcopum ad Papam, vel Cisarem. Ad huc tamem restat, quid in Actorum cap. 15. reperiatur, in dagare, ut potest ubi clarior, explicator que forma Conciliorum, quam post modum secura est Ecclesia, creditor delupta: habbitum ergo fuit Concilium hoc etiam Hierosolymis, anno Christi 51. teste Baronio ad eundem annum num. 26. et seq. 9. Claudijs in quo Petrus cum Iudeis, et Christianis Roma expulsus est; qui et 15. fuit post Pauli con-

conuersionem. Ex hoc ergo capite, sumunt contra nos argumentum aduerteri, eo quod vers. 13. dicatur ibi, Et post quam tacuerunt respondit Iacobus dicens : Viri fratres auditeme &c. vers. autem 19 dicit Iacobus. Propter quod ego iudico, non inquietari eos, qui ex gentibus conuer- tuntur ad Deum : igitur in illo Concilio Iacobus definitiua tulit sententiam , & non Petrus ; ex quo inferri volant , non spectare ad Vicarium Christi ultimam resolutionem eorum, quæ in Conci- lio aguntur, ut videtur in questione . bi controvertia, felicet An Christiani ad circumcisionem, alias que ce- remoniales leges Iudeorum obseruandas tenerentur? quam resolutorie terminabit Concilium scribens An- thiochenis, & his, qui Syria, & Cilicia commorabant- satis, dicens: Vos est spiritus Sancto & nobis nihil Ultra imponere vobis oneris, quæ hac necessaria; ut abstineas- sis vos ab immolationis simulacrorum, & unguine, & suffo- cato, & fornicatione, a quibus custodiientes vos, bene ageis. Igitur Concilium, & non Petrus habet auctoritatē ter- minandi, & definitiendi, quæ ibi controvertiauntur, siqui- dem Iacobi sententia, ab omnibus approbata, ut patet definita fuit, sic que causa concluita ei go generale Con- cilium habet ultimam, & supremam auctoritatem ter- minandi; consequenter que est superius Rom. Pontifice Petri successore. Hac aduersarij nostri, ac verita- tis opponunt aduersus supradictam Petri ac successorum supra Concilium genetale potestatem; sed si ultra istam si attentius textum perpendamus, hanc obtuse ex ipso solutionem deducemus. In primis namque constat quod facta conuentione, ut reflectur ver. 8. vbi sic: Conue- tuerunt Apostoli, & seniores videre de verbo hoc statim sequi- tur vers. 7 cum magna inquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos, &c. En modo veluti Pator omnis, Pre- fessus que Concilij primus loquitur, suam q̄ te sententiam profert definitiua, resolutoriā que questioni pro- posita: ver. 10. dicens : Nunc ergo quid ienitatis Deum?

inponere ingum super cervices discipulorum, quod Regne Patri
 tres nostri, neque nos portare potuimus & quam sententiam
 securus Iacobus, omnes que Apostoli, & seniores decre-
 verunt respondere, ut relatum est: igitur Concilium
 illud minime recessit à sententia Petri, sed potius in
 omnibus illi se accommodavit: ergo ex tali textu po-
 tius sequitur quod Concilium non debet repugnare sen-
 tentiam Romani Praefulsi, sed illi se conformare, ut po-
 te ostendat à hunc capite, cui assistentia diuini Spiritus est
 promissa, infalibilitas que in omnibus, quæ ad fidem
 spectant, ut latius postea dicemus. Neque quod Iacobus
 postea locutus sit, dixerit que ego iudicabo &c. aliquid con-
 tra nos facit, siquidem accommodans suam sententiam
 directioni Petri est locutus, & Petro sciente & toleran-
 te, itemque totum Concilium sub Petro Præside, &
 auctore prosecutum est: itaque potuit iure definire
 sub illa forma: Visum est Spiritui Sancto, & nobis. Ut
 pote ibi tota Ecclesia cum suo Pastore consentiens lo-
 quebatur cui abs dubio Spiritus Sanctus assilit ad decer-
 nendas fidei controversias. Itaque nihil officit nostræ,
 ac catholicæ positioni, sed potius tam declarat, ac fir-
 mat, quod actum fuit in Concilio hoc. Ex quibus solu-
 tum manet Argumentum. Tamem pro pleniore reslo-
 lutione apponere libet breuiter hanc instantiam: ex
 eo enim quod, ut prætendunt contrarij, Concilium ge-
 nerale representat uniuersalem Ecclesiam inferre vo-
 lunt, quod habeat supremam auctoritatem, & quod sit
 superior Rom. Pontifici; sed extra controversiam est,
 quod Romanus Pontifex repræsentat Christum, ut po-
 te Vicarius illius, eiusque vices gerens interris: ergo
 iuxta textus, ab ipsis allegatos, alios que, quos postea re-
 fferre vacabit, eandem auctoritatem habebit Rom. Pon-
 tifex supra Ecclesiam, ac ipse Christus D. habuit; con-
 sequenter que nec uniuersali Ecclesiae, nec generali
 Concilio erit subditus, sed superior: neque rationa-
 bilis disparitas potest reddi posita forma eadem argu-
 mēta.

uenti : vide vel male inferunt aduersarij , vel hoc nostrum discursum tenentur cōcedere,& haec pto primo illorum argumento.

Secundo Argumentatur relatis Ioannes Patriarcha Antiochenus loco citato, congerens plures textus Canonici iuris contra nostram conclusionem quibus singulatim respondere, commodius est vilum, ut clatio ri methodo procedamus. ¶ Et primo loco inducit, quod Apostolus Petrus apropinquante tempore sue patonis Clementem sibi successorem elegit , ut constat ex ipsis Clementis epist. 1, ad Iacobum, cuius verba supra retulimus pag. 8. Sed erguit Antiochenus Concilium generale Apostolorum considerans non expedire ad rectam Ecclesiae politiam, quod Pontifex sibi successorem deligeret, talem electionem a Petro factam irritauit, nullam que reddidit Linum que, ac postea Cle tu in Pontificatus Romani dignitatem ante Clementem ecegit : igitur, quia generalis Concilij auctoritas est supra Petri, & Romanorum Pontificum auctoritatem. Probat que hanc consequentiam, ex eo quod vniuersalis Ecclesia lini, & Cleti electiones approbauerunt, & tolerauit, quod vtique non fecisset, nisi Concili potestatem supra Petrum agnoscereret. Nec facit (inquit) in oppositum textus cap. Si Petrus 8 q. 1. vbi dicitur, quod etiam Si Petrus Princeps Apostolorum adiutores sibi ascivit inum, & Cletum, non tamem potestatem Pontificij , aut soluendi, aut ligandi eis normam tradidit, sed successori su S. Clementi : qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem, tradentesi B. Petro , tenere promeruit, &c. Non (inquit) faciunt in contrarium hec Ioannis Papa 3. verba, de sumpta ex eiusdem epist. 1 ad Episcop. Germanie, et Gallie : intelligenda sunt namque, ut glossa exponit ibi de Lino, et Cleto respectiue ad tempus, quo fuerunt coadiutores Petri, ad huc viuente ipso, non vero de tempore, quo quilibet ipsorum in Pontificatu successit : nec etiam obstat (dicit) quod eadem glossa

glossa notat ididem, scilicet, quod videns Clemens, quod
 hōe esset perniciosum exemplo, quod aliquis sibi eligeret suc-
 ceſorem, renunciavit papatus, & tunc electus fuit Linus; eo
 mortuo electus est Cletus: quo mortuo, denovo fuit Clemens
 electus: & sic Clemens secundum vnam computationem
 fuit secundas, & secundum aliam fuit quartus, unde verius.
 Disputa ihic mundus, quartus fuerit, ne secundus. Non ta-
 ciunt h̄c(dicit) in contrarium, quia talis renunciatio
 fuit ex torta à Concilio Apostolorum, quod, ut prædic-
 tum p. tei in Clementem electionem irritauit, & tam-
 quam supremam potestatem habens, eo reliquo, Linum
 in summum Pontificem elegit, ac intronizauit. Deni-
 que (addit p̄dictus Antiochenus) non obtare, quod ut
 aliqui obiciunt, Ecclesia tunc non erat congregata: quo
 niam, & si tunc ob metum in deliuin publice congregari
 non posset, secreto tamen congregabatur, ut patet
 ex eo quod dicitur, qua tunc siebat oratio sine intermis-
 sione ad Deum pro eo, id est pro Petro, in Ecclesia: erat
 igitur sufficenter congregata licet non publice. h̄c
 Antiochenus ibi. Sed ad h̄c facile respondemus, omni-
 sa questione, in Papa posuit sibi successorem el gere? cito
 ea quam non parum est inter Auctores dilidi. Quod vo-
 ro ad præsens argumentum attinet: dieimus, utrum
 esse quod B. Petrus sibi Clementem successorem desig-
 nauit; etiam q. ut probabilius, admitimus, quod cathe-
 dram non ascenderit Clemens immediate post Petrum;
 sed quod ipsum in ea præcesserunt Linus, & post eum Cle-
 tus; ut constat ex pluribus Patribus. probatis in que
 Auctorebus: (1) ceterū omnino fallit reputamus, quod
 Apostolorum Concilium electionem factam à B. Petro
 de Clemente successore irritauerit, nullam vero reddide-
 rit: nam præter quam quod nulla de tali Concilio in
 probatis historijs mentio habetur, nec quod ipsum
 Apostoli illo tempore coagere possent, sit verosimile:
 cum mors, seu martyrium Petri fuerit anno Neronis 13.
 qui fuit Christi 69. quo iam Apostoli dispergi erant ad
 præ-

79

predicandum Evangelium, ab anno Christi et ille est 44
ut cum alijs vult Baronius: vel ut pluribus rationibus contineat
dicit Cornelius Alapide in Acta Apostolorum cap. 12. vers. 1.
anno Christi 37. imo iam multo ante Iacobus lo-
nini frater occidit fuerat ab Herode anno videlicet 44
a Christo nato: impossibile erat tale Conciliū ab Apostolis
sibi fieri, tunc quia nec Hierosolymis erant, tum quia
Roma, ubi martyrium fui Petri. nusquam omnes Apostoli
conuenierunt nec alias resiliere poterant praeterea
electioni, ac impedire Clementis intronizationem,
cum, ut ex prædictis verbis est, illi Clementis conite
ipius designationem ad pontificiam dignitatem fac-
tam fuisse a B. Petro in ipsius diebus, quibus dicitur finem sibi
imminere præfensi. Omnino igitur fallum est, quod in
argumento suo Joannes Antiochenus affirmat de ge-
nerali Concilio Apostolo. um, tunc coacto: quomodo
enim poterant apostoli, qui Petro, & Paulo super vi-
xerunt ex tam remotis Provinciis, tam brevi tempo-
re in unum locum conuenire, imo nec conuocari? Nec
minus triuolum est, quod addit argumentum de-
conuocatioue illa Ecclesiæ secreto facta, quod probare
visitur ex eo, quod Actorum 12. vers. 5. dicitur: Et Pe-
trus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine
interruptione ab Ecclesia ad Deum pro eo: huc autem tri-
poli sunt, nam in primis hoc fuit anno Christi 44. aqua
iam longum lati potest sumi argumentum: deinde quia
rationes supra posita e contrario euincunt: quia diffi-
cile esset tunc Apostolos in unum locum conuenire, &
minus Romam adesse, facile: ex quo etiam clarissime
potest conuinci, quod tunc nullum generale Conciliū
fuit conuocatum, neque ex Apostolis, de quorum nullo
constat, tunc Romam adiuuisse, nec ex alijs de scipulis iam
factis Episcopis quia similiter erant remotissimis lo-
cis: & denique quia nullus auctor, ut diximus supra, tale
Conciliū refert factum, sed vel Antiochenus somnia
vit, aut certe finxit. Unde verissimum reputamus B.

Clementem papatui renunciasse, perinde que Linum
in Pontificem electum fuisse, cui postea successit Cle-
ment. Ita testatur Epiphanius, hæresi 27, ubi refert hæc
Clementis verba scilicet, *Sedeo, abeo, erigatur Ecclesia Dei*: quæ verba protulit Santos Clemens ex humili-
tate cedens Lino, quasi cui Petrus administrationē ecclie
sia commiserat, ipsumque, & Clementib[us] coadiutores,
dum viueret, designauerat, qua propter, hac comitate
vias Clemens, reculauit ledem Apostolicam ascende-
re, donec Linus: & Clerus, unus alteri sacerdentes, ex-
tremum clausere diem: sic que optimi conciliantur Pa-
tres, antiqui que Auctores, qui asserunt B. Clementem
institutum fuisse Pontificem, siue designatum a B. Pe-
tro paulo ante suam passionem, sic que videntur senti-
re fuisse immediatum Petri successorē, uti asserit
Tertullianus de prescript. Hieronimus in cap. 5. 2. Isaie
quos alii plures sequentur, hi namque solum adstruunt
iure electionis fuisse primum Clementem post Petru[m],
ceterum minime negant ipsum haic iuri renunciaste
Lino que ac Cleto cessisse. Alij vero, ut Epiphanius hæ-
reses. 27. Optatus Mileuitanus lib. 2. S. Augustinus
epist. 161. & item Hieronimus de Script. Ecclesiast. in
Clement. cap. 15. qui Linum immediate post Petrum
in Pontificatu collocatum fuisse affirmant, ac postea
Cletam, nullatenus negant Clementis ius ad Papatum
ex electione illa Petri adquisitum, neque eiusdem ces-
sionem insificant factam a Clemente: vnde minime
contrariantur hæ sententiae, si quidem tantum ex illis
infertur Clementem fuisse immediatum Petri succe-
sorem iure, sed non facto, & executione, & Linum non
fuisse immediatum iure primæ electionis, sed facto, &
executione, ac iure electionis secundæ, & cessione Cle-
mentis, p. Ad plenam vero solutionem oppositionis pre-
dictæ à Ioanne Antiocheno, minime tenemur ulli ha-
rum sententiarum adstringi: nam in illa quæ asserit
Clementem faisse immediatum Petri successorē in

re, & facto, non habet locum argumentum, vt per se
 patet : in alia vero tenente, quod Clemens fuit quartus
 in numero, seu tertius post Petrum dicimus, quod ad -
 huc etiam in sententia tenentium, quod Pontifex nō
 possit sibi successorem eligere, est facilis solutio, nam
 electio Clementis non solum fuit facta à Petro se solo,
 sed vidente, consentiente, ac approbante Clero, & po-
 pulo, vt constat ex libro, qui dicitur registrum Roma-
 norum Pontificum, cap. 1. quem citat N. Resolutus
 Doctor Iohannes de Riccone in 4. q. 10. Prologi art. 3.
 vbi in sententiam assidentem immediatum Petri suc-
 cessorum fuisse Clementem inclinat: attamen ad nos-
 trum propositum & Pro solutione praesentis argu-
 menti dicit: Non oportet dicere, quod Clemens renun-
 ciauit, tamquam tunc non Canonice a fratribus suis com-
 muniter electus, quando Petrus eum constituit suum suc-
 cessorem. Nam in contrarium est textus Canonis, ait
 enim, quod Petrus Clementem ordinauit succ. forem in
 auribus totius Ecclesie: & per consequens cum hoc Ecclesia
 placuit, fuit Canonice electus electio, quæ vocatur in spir-
 atio Spiritus S. quæ est Canonica de electionibus, quia Papa
 & per consequens si sine renunciatione retinueret Cle-
 mens, non fuisset pernitiosum exemplum: Quod ipsum
 postea confirmat ex predicto libro registri, referens
 electionis modum, ac statim concludit Sed vbi est dig-
 nitas excellens in persona, & concordia Cleri, & populi.
 & solemnitas instituendi, & confirmandi, & persona per
 obedientiam compulsa, ibi est electio Canonica, dist 36. cap.
 quanto, & cap. Plebs, & seq. ergo &c. Hæc Bachoniuss
 N. ex quibus manifeste ruit argumentum Antiocheni,
 nam si illa electio fuit Canonica, vt probatum est, feul-
 tra Concilium generale, quod singit, eam irritaret,
 imo nec posset: deinde, quia si totus Clerus Romanus
 assistente Christiana plebe predictæ electioni conser-
 fit, non restat locus contradictioni, quis enim ab illa
 appellaret, quando quidem totus ibi praesens Clerus
 cum

cum Petro Christi Vicario, ac omnium pastoře conſerat; ſed de hoc ſatis. ¶ Allegat. 2. Antiochenus S. Ambroſium, vt refertur cap. quæ dignior: 24. q. 1. vbi ait, quod non eſt dignior domus Apoſtolicæ prædicationis ingressu, quā ſā ſta Eccleſia ex quibus infert, quod Eccleſia ſit dignior Papa, quia alia ſt. Eccleſia nō diceretur abſolute dignior. Sed certe huius argumēti viſ, vel oni- nonos latet, vel nulla eſt: nā ut ibidem notat gloſia, per haec verba S. Doctoř cōparat Eccleſiam Catholicam, cā hæreticorum conuentu, concludens, quod ſola Catho- licæ Apoſtolicæ prædicationis eſt digna, quia Christus, qui pedes ſuis lauare conſuerit hofpitibus quoſcunq; Iua recipit domo, pollutiſ non patitur habitare deſtrigis, ſed maculofos, liceſ vita prioris, in reliquim tamen dignatur mundare proceſſus. Hæc ibi S. Doctoř Ambroſius: ex qui- bus clare conſtat ibidem non fieri cōparationē Eccle- ſie ad Papam, ſed ex munditia Eccleſie per Christum argui eiusdem firmitatem, ac ſecūritatem in vera, & Apoſtolicā doctrinā Euangelię prædicationis, quod ex ſequentiibus ibi verbis magis videnti pateſt: ac ſimil argumenti inefficacia perpendetur. ¶ Oppo- n. t. 3. Antiochenus Auguſtinum, vt refertur cap. Quod e. agat 24. q. 1, vbi ad illud Quod cunq; ligaueris ſuper terram. Cidicis ſi ergo hoc in Eccleſia ſit: id eſt ſi in ea eſt potefas ligandi, & ſoluendi: Petrus, quando claves acce- pit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit. Igitur nomine Eccleſie tradita eſt Petruſ ligandi, ac ſoluendi potefas: ac per conſequens per prius, ac principalius talis potefas re- fideſt in Eccleſia uniuersali, ſeu in tota communita- te, quam in Petruſ, atque in eius ſuccelfore Rom. Pon- tifice: vnde clare dedueitur, quod Eccleſia uniuersalis, & Concilium generale, illam reprætentans, ſuperio- rem, maiorem que auſtoritatem habeat, quam Ponti- feſ Rom, ſit que ſupra iſpum. Conſirmat hoc: nā Eccleſia dicitar Domina, iuxta illud Thren. 1. Domina ge- nius: aſt vero Papa, & quilibet alijs Prælatus Eccleſie eius

eius est minister: sed maior est potestas Domine quam
ministri ac serui; sicut maior est Ecclesie universitatis
potestas, quam sit auctorita, seu potestas Rom, Pô-
tificis. Deinde quia Dominus, & eius potestati attinet
esse supra ministrum ac Ieruum suum, ipsiusque corri-
gere, ac moderare excelsus: sed, ut dictum est, Rom.
Pontifex minor ac Ieruum est Ecclesie, iuxta illud
Pauli ad Corin. 4. Ministros Christi, & dispensato-
res mysteriorum Dei. Ergo ad potestatem Ecclesie per-
tinet esse supra Rom. Pontificem, plus que excelsus,
siforte ad finit corrigere, & moderari. Explicat que
amplius: quia Petro, & successoribus fuit collata po-
testas ad aedificationem non vero ad destructionem;
ad. Corinth. 10. ver. 8 & cap. 13. ver. 10. Ig tur Ecclesie
universalis cui principaliter claves ligandi, atq
soluendi sunt traditæ, ut habetur ex Augustino lib. 7
de Baptismo, & refertur 24. q. 1. cap. omnibus. Vnde
Ecclesia loquens. locutor ait: quia dom. s. etiam claves
aceperit, ac presentem suam, & Igan. i. habet potesta-
tem supra omnes suos ministros, ut dirigat in viuunt
illis potestatis, et amque ut auerterat a prava administra-
tione sui muneri; sicutur similiiter gaudet suprema
potestate super Papam, voluti supra ministrum suum:
ex quo etiam loquitur, quod generale Concilium sit
etiam super Romanum Pontificem, ut potest universale
Ecclesiam representans. ¶ Respondeatur ad argumen-
tum disting, ans sc̄u verba Augustini explicando: Petrus,
querendus es accepit Ecclesiam. Sanctum significauit: Id est
Eccl. Petri, in cuos ipsius Petri potestas deriuat.
dicitur, concedo tibi, significauit Ecclesiam quasi eius-
dem procurator episcopatatis, vice quipustule potestate
accipiendo, nescio sp̄l. & sub eadē distinctione conse-
quentis nescio tub. illatam. nempe quod potestas ligandi,
& soluendi sit per Petrum, & principalius in eccl. -
esi universali, pro ut quedam communitas est, quam
in Petro, eiusque successoribus Pontificibus Rom. Ita
ministris amplius in eorumque potestatibus.

que sensus verborum Sancti Doctoris non est; quod Petrus significauit totam Ecclesiam in omnibus suis membris, dum claves accepit, seu ligandi, ac soluendi potestatem, cum certissimum sit, etiunodi potestatem non posse cōpetere Ecclesiae in omnibus suis membris alias singuli, etiam laici, & mulieres ligare, & soluere possent in Ecclesia, haberent que clavium potestatem, quod manifeste rationi repugnat: de laicis nam que ex parte habet cap. bene quidem 9. d. & de mulieribus constat ex Apostolo dicente i. ad Corinthi 14. vers. 34. *Mulieres in Ecclesijs taceant, non enim permititur eis loqui, sed subditas esse, sicut, & lex dicit.* Nec etiam Petrus iuxta Augustini sententiam, ac iuxta veritatem, significauit Ecclesiam, ut ipsius procurator seu tanquam nomine eiusdem Ecclesie potestatem ligandi, ac soluendi accipiens, hoc enim modo Petrus nihil potestatis, ac iurisdictionis sibi adquireret, cum tantum nomine Ecclesiae, & non suo proprio ageret, sicut procurator, qui alterius nomine contrahit matrimonium, vel aliquod aliud pactum innit, non sibi sed Domino uxorem, vel rem pacti acquirit: unde sequeretur Petrum ex clavium traditione nullam dignitatem acceptum, nec ullum Pastoris Ecclesie, capitum que manus, ac potestatem: quod plane est hereticum ac damnatum in Sacra Scriptura, Concilijs, & Patribus, ut iam probatum manet in superioribus. Est igitur genuinus sensus verborum Augustini dicere, quod B. Petrus, quando claves accepit significauit Ecclesiam Sanctam: hoc est Romanos Pontifices successores suos, in quibus futurum erat, ut talis ligandi, ac soluendi potestas principalius, ac in supremo gradu resideret in Ecclesia, nec non etiam significauit ceteros Praelatos, vt Episcopos, Presbyteros, alios que, ad quos per Petrum, successores que suos etiam talis potestas erat derivanda: non enim in sola Petri persona extinguenda erat facultas illa ligandi, & soluendi, sed ad posteros per successionem temporis transmigranda.

tenda, alijs in aliorum loco succedentibus, ut viuum
 est: quæ expositio est etiam Archidiaconi ad illa verba
 ipsius met extus: Si hoc tantum Petru dictum est, ubidi
 cit, id est, ut eius personam non transgrediantur: hoc non
 facit Eccles. si id est eius autoritas: Vnde arguit iuxtamæ-
 tem Augustini sic: si potestas ligandi, & soluendi fuit
 tantum data Petro in propria persona: ita ut ad alios
 successores non transiret, certe talis potestas in Ecclesie
 non remansisset: ast videmus quod in Ecclesia talis
 potestas ligandi, ac soluendi remanet, cum per Praela-
 tos eiusdem continuo fiat ligatio, & absolutio: igitur
 quando collata fuit Petrus, non ita fuit in propria per-
 sona, ut ad alios non esset talis potestas transmittenda;
 & consequenter tunc Petrus significauit Ecclesiam in
 suis Praelatis, sibi que & ipsis potestatem accepit co-
 perenti modo id est sibi, & successoribus Rom. Ponti-
 ficibus supremam, & independentem, immediate que
 à Christo collatam, ex teris vero Praelatis per ipsum
 Petrum transmittendam, seu per eius successores, &
 non independentem, nec supremam, ut dictum manet.
 Ex quibus optime saluat **vera intelligentia** verbo,
 rum Augustini: Etenim sicut corpori sensibili compe-
 tunt aliquæ denominations ratione particularium
 membrorum, ut videre ratione oculorum, audire ra-
 tione aurium, esse crispum ratione capillorum &c. Sic
 etiam mysticis corporibus accidit, sic de Athenarum
 Republica dicebatur, quod erat sapiens: ratione aliquo
 rum sapientum, qui erant in ea, licet non essent sapien-
 tes omnes ciues: sic de Romano Populo, quod domuit
 orbec: licet noui orbes Romani domuisserint: pati for-
 miter ergo dicitur, quod Ecclesia habet potestatem li-
 gandi, licet non omnibus ipsius membris competit **hec**
 potestas; sed tantum Praelatis ipsius, habentibus que in-
 risidictionem: quare non communitati, pro ut congre-
 gatio quedam est, competit sed ipsi ratione Romani
 Praesulis, ut membra principalis, sive capititis, in quo re-
 sideat

sicut plenitudo potestatis, & ratione etiam aliorum
 Prelatorum, qui de tali potestate participant. Ad
 confirmationem dicimus consequenter ad supra po-
 sita, quod Ecclesia vniuersalis dicitur Domina, quate-
 nus dominatur in Prelatis, & praecipue in Romano
 Pontifice, qui est ipius Monarcha: vnde auctoritas
 illa Threnorum, vbi dicitur Dominagentium, ad litte-
 ram intelligitur de ciuitate Hierusalem, ut ibi late
 exponit glossa, ceteram quamvis allegorice pro
 Ecclesia sumatur, debet intelligi secundum inter li-
 nealem, quia ibi ad ilud Domina adicitur in Prelatis. Quod
 vero Pontifex dicitur Ecclesie minister, non tantum quo
 minus sit Prelulus, ac caput totius Ecclesie nam ut supra
 diximus tale ministerium est excellentiae, & superiori-
 tatis, tantum que in ipsis verbis Apolotoli inuitur hq-
 militas, quae quemlibet Prelatum decet: non vero de-
 fectus iurisdictionis, plenaeque potestatis super subdi-
 totis: alias cuilibet ex subditis est inferior, quia omnia i
 dicitur ministrator: quod, quam alienum sit a ratione,
 & veritate, sat est compercum; itaque solum exigi-
 tur, quod Romanus Antistes non dominetur fidibus
 subditis, tamenquam si essent servi, nec ergo ut Tyrannus
 cum his: hoc que innuebat Christus Dominus, qua-
 do Matth. 20. ver. 25 dicit: bat scitis quia Principes gen-
 erum dominantur eorum, & qui in uore sunt, potestate exer-
 cent in eos. Non ita est inter vos: sed quicunque voluerint
 inter vos maior fieri se velter ministri: & qui volunt in-
 ter vos primus esse, erit uerius, sicut filius hominis no-
 venit ministrari, sed ministrare. & dire am suam re-
 demptionem pro multis. In q. 10 Redemptor noster, ac Ma-
 gister docuit clare, Ecclesie Prelato: non ad requiem,
 sed ad laborem, non ut superbiantur, sed ut seruant, ins-
 titui, sic que potius ministros, quam dominos se gerere
 erga subditos debeant, ex eterum non ideo superiores ne-
 gat, nec subditos illis obediere prohibet, immo mandat
 & ut se dominum, ac Magistrum facetur Ioann. 13.
 v. 15.

vers. 13. dicens: *Vos vocati, me Magister, & Domine*, &
benedicis, sum eternus. Sic etiam de Prelatis, qui no-
 mine ipsius suæ præfuntur Ecclesiæ atfermandum id ipius
 documento firmat. Ex quo deducimus, quod licet Eccle-
 siæ dominica tenet iam explicato appellanda sit; non ta-
 men respectu sui Pastoris, capitis, ac Christi Vicarij
 Rom, Pontificis, sicut nec respectu, ipsius cuius Vicar-
 ius est, disci potest: ex qua doctrina, plurime aliæ
 auctoritates, quæ, in oppositum allegari possunt, expli-
 cantur: Similiter que argumenti reliquæ explica-
 tiones manent solutæ. ¶ Inducit 4 Antiochenus ver-
 ba B. Gregorij Magni lib. 1. Regesti Epist. 24. pro vñ
 relata in Decreto cap. *sicut sancti Ios. d.* vbi dicitur:
sicut sancti Evangelij quatuor libros, sic quatuor Concilia
fuscipere, & venerari me facere: Enumerat que Nicen-
 num, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedo-
 nense: igitur fatetur Sanctus Pontifex auctoritatem
 generalium Conciliorum sibi superiorem, quia ut ibi-
 dem addit ynuersali sunt consensi constituta: ergo
 consensus ynuersalis Ecclesiæ est utique maioris au-
 toritatis, quam Papa, consequenter que etiam gene-
 ralis Synodus. ¶ Respondeatur, quod Magnus Grego-
 rius ibi loquitur de Concilijs, in quibus Romani Pon-
 tifices Præsidentiam exercuerunt, ipsa que confirma-
 runt, ac secundum corundem directionem, & volunta-
 tem acta sunt, ut de relatib. ibidem supra probauimus;
 non vero loquitur S. Doctor de congregacione,
 seu Concilio acephalico, seu abique Romani Pontificis
 auctoritate factis, sine ipsius præsidentia, vel per se, vel
 per suos legatos, de quo in præsenti est questio, ut su-
 pra notauiimus. Vnde generalium Conciliorum, quorum
 decreta confirmata sunt à Sede Petri, auctoritas est ea-
 dem cum Romani Pontificis auctoritate, quia ab ipso
 deriuata, ut dictum manet: unde quando materiam fi-
 dei concernunt, nullatenus post Papæ confirmationem
 immutari possunt adhuc a successoribus Pontificibus Ro-
 manis, quia iam transferuerat taliter definita in obiec-

ea fide divina, ac Catholica credibilia, ut pote per Ecclesie organum declarata, ut contenta in Sacra scriptura, ac verbo Dei, sive scripto, sive tradito; semel que posita illa applicatione, sive per tohum Romanum Preludem, sive per ipsum cum generali Concilio infallibili auctoritate Dei revelantis, etiam quo ad nos informantur, omnesque ad illa credenda tenentur: quia propter optimus Gregorius ait, ut illa, veluti quatuor Sancta Evangelia, tuncipere, & venerari: nec haec nobis rationem assignatam, praetermissit: dixit etenim causam talis venerationis reddens: quia in his, vellet in quadrato lapide sancta fidei structa conjurgit. Alia vero decreta Conciliorum generalium, quae fidei materiam non concernunt, etiam post confirmationem, non ligant Romanum Pontificem, ut pote Principem supremum, caput que Ecclesie; non enim maiorem auctoritatem sortiuntur, quam sit Romani Pontificis auctoritas, qui nec se ipsum, nec successorum potest ligare: unde glossa super hoc caput ad hys presumit hoc argumentum soluit dicens: Sed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei, hoc est, quod Concilium etiam confirmatum tantum in materia fidei potest Papam ligare: Sed de hoc alibi fuisse. ¶ Allegat §. Antiochenus cap. si duo forte 79. d. ubi Honorius Imperator Bonifacio 4. Si duo forte contrafas temeritate concertanti fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem: Sed illum solum in Sede Apostolica permanensurum, quem ex numero Clericorum noua ordinatione diuinum iudicium, Omnia universitatis consensus elegerit: quod caput exponens glossa verbo contrafas inquirit: Sed quis erit index de hoc, an electio sit contrafas? non ipsi Cardinales: quia si sic essent indices in proprio officio: ad ultimum que concluic dicens: vel dic, quod Concilium conuocabitur: ex quo sic aguit Antiochenas tribunal, ad quod pertinet de electione Romani Pontificis iudicare, est superioris Rom. Pontifice: sed ad Concilii generale pertinet in easu posito iudicare, an talis electio fuerit contrafas, vel non, ut constat ex allatis textu, & glossa: ergo Concilium

generale superius est Romano Pontifice. Item allegat in super Ioannem Andream super cap. I de renuntiatione in 6. dicentem in sua nouella, quod si Papa in consistorio secreto coram Cardinalibus renuntiaret papatus sine aliquorum testimoniis praesentia; postea que talis renuntiationem a se factam negaret, tunc generale Concilium erit iudex talis cause: ergo similiter quia est supra Papam. ¶ Respondeatur tamen ad i. ex cap. si dico forte: quod ibi non est sermo de certo ac indubitate Pontifice, sed de dubio, & omnino in certo, immo, ut ibi innuitur de nullo: unde glossa ibidem verbo, *contra fas* ait. *& ideo neuter obtinet.* Vnde nihil contra nos probatur: deinde quia, aliud est iudicare de valore electionis: aliud est Papam iam certum iudicare; primus enim posset Concilium facere, cum licet legitime electus, possit quam iam ut talis recepius est, nulli humano subiecto iuditio: tamen electione ipsa ante quam ut legitima declaretur subest Canonico iure: sic que posset Concilium iudicare de illa, an iuxta iuris formam esset facta: sed ex hoc minime infertur, quod Concilium Papam certum, ac indubitatum iudicare possit. Ad secundum ex Ioanne Andrea Respondeatur, quod minime contra nos aliquid probat: nam Romanus Pontifex per renuntiationem liberam, & spontaneam amittit omnem iurisdictionis potestatem, unde in tali cassu Concilium minime iudicaret Papam; sed tantum de veritate renuntiationis ferret iudicium: sic que donec constaret, an vere talis renuntiatio facta esset, manereret etiam sub dubio, an ille esset verus Pontifex, vel non: consequenter que Concilium neutquam in causa indubitate, ac certi Pontificis sententiam ferret, seu a summa superioritatis exerceret, ut manifestum est. Alia ibi prae diquis Patriarcha adducit, quae in sequentibus argumentis diluere conabimur.

Argumentum aliter alij sic: iuxta communem proloquium propter quod unum quod que tale, & illud magis,

magis, seu iuxta Philosophum in Polit. Semper de terius
 est gratia melioris. Sed Rom. Pont. est propter vniuersitas
 Iem Ecclesiam; non vero è conuersio; agitatur vniuersali.
 Ecclesia est magis, id est superior Papa: nam est ab omniis
 bus recepta: mi constat ex iam citato Pauli text. 1. ad
 Corinth. 10. vers. 8. Nam, & si amplius gloriatus fuero de
 potestate nostra, quā dedit nobis Deus in adificationem :::
 non erubet eam. Consequentia est legitimā ergo &c.
 Respondeatur distinguendo mai. propter quod &c. Sig-
 nificantē finem qui, siue præstantiorem, concedo, finem
 cui, siue minus principalem nego, & sub eadem mi. dist.
 negatur consecutio. Etenim sicut cuiuslibet politicę
 potestatis in humanis, ac temporalibus discernere duos
 fines est necesse, videlicet pacem, ac reipublicę tra-
 quilitatem, quae est ultima perfectio ad quam ut tem-
 poralis respubl. ca ordinatur, propter ea que finis qui, ac
 principalis; & ipsa communitas quatenus subiectum,
 cui talis tranquilitas, ac pax est utilis, & propria per-
 fectio, ac proinde est finis sui, & minus precipuum: simi-
 liter in reipublica Christiana, siue Ecclesia, & agnoscit-
 tur finis qui, ac principalis, videlicet superna beatitudi-
 quae est ultima perfectio ad quam ex intentione Dei
 instituentis ordinatur: & etiam ipsa communitas, quae
 est finis cui respectu beatitudinis, ac consequenter mi-
 nus principalis; vnde licet potestas Pontificalis sit pro-
 pter Ecclesiam, & non è conuersio, non tamen tamquam
 propter præstantiorem finem, sed tamquam diligens
 ipsam ad finem qui, siue ultimam perfectionem pro-
 priam: ex qua minimis inferatur, quod Pontifex Rom. in
 que ipsa potestas directrix residet, sit inferior tota
 communitate Ecclesie, sed potius superior, ut ipsius
 director, ac Magister: quo pluribus potest firmari ex-
 plis: In primis namque Christus D. est propter hu-
 manum genus, in quantum salvator, ac Redemptor
 illius, iuxta illi symboli, qui propter nos humines, &
 propter nostram salutem descendit de Cœlis, & incarna-

tus est. &c. & tamen minime ex hoc deducitur, quod humano genere inferior dicitur, sed illius caput, Princeps, & Dominus. Deinde etiam super naturalis gratia est propter naturam, eam que perficit, & ordinare: nee tamen dici potest quod sit inferior naturae. Angeli etiam iuxta Apostolum ad Hebreos 1. v. 14. sunt administratorij Spiritus, in ministerium missi properter eos, qui hereditatem capient salutis: & tamen sunt perfectioris naturae, ac superioris, quam homines beatitudinem liter ergo de Rom. Pont. dicendum.

Aliter etiam nostram veritatem oppugnare intendunt aduersarij hoc pacto. Filij naturali, ac divino iure inferiores sunt parentibus, illis que honorem, & obedientiam debent, ut habetur 4. decalogi precepto: Honora Patrem tuum, & M̄strem tuam. Exod. 20. 12. Deuter. 5. 16. Proverb. que cap. 1. dicitur, Audi filii mi disciplinam Patris tui. & ne dimittas legem Matris tuæ: constat que pluribus alijs sacri textus locis: Sed Rom. Pontifex est Ecclesiæ filius, ut pote ipsa est omnium fidelium Mater: Ecclesiast. 24. Mater pulchrae dilectionis. Et ad Galat. 4. illa autem, quæ sursum est Hierusalem, quæ est Mater nostra: ubi glossa: id est credentium: & super citatum locum Proverb. ne dimittas legem Matris tuæ: dicit: Id est Ecclesiæ: ergo Rom. Pont. iure diuino inferior est Ecclesia uniuersali, ipsi que subditus, ac obediens in omnibus debet existere: ac per consequens generali Concilio. ¶ Hoc que ipsius confirmant, est que exemplum prædicti Patriarchæ Antiocheni loco citato: nam Ecclesia est regina, iuxta illud Psal. 44. Astitit regina ad exercitus: est que Christi sponsa: Apocalip. 21. Vidi Sanctam Ciuitatem Hierusalem nonam descendente de Cælo à Deo preparatam, sicut sponsam ornatam, &c. Sed reginæ, ac sponsæ regis potestas superior est, quam sit cuiuslibet ministri, licet superioris, vti est Pavæ: ergo Ecclesia maior, ac superior est Rom. Pontific. mai. est expræfata in allegatis

textibus: mihi etia in patet: nam si aliquis rex ex. c.
 Peregrinaturus discedens à suo regno, relinqueret in
 illo reginam sponsam suam gubernatricem: sed tamen,
 quia non esset decessus, quod ipsa regnum quotidie dis-
 curreret, irneccitas occurret ad regiminen rectū,
 ipsi ad iungeret, siue assignaret aliquem alium guber-
 tatem, qui hæc similia que exerceret, tunc catus, si
 talis gubernator rem publicam male administraret,
 utique posset regina illum corrigeret, ac, si opus esset,
 ab administratione remouere, ut damno regni subue-
 diret usque ad regis redditum, nam alias non suffi-
 ciente rex prouisum relinqueret circa regnum regi-
 men, statum que fuę rei publicae: similiter ergo Christus
 Rex noster Homo quidem ille nobilis, qui abiit in re-
 gionem longinquam, accipere sibi regnum, & reuerti. Luc. 19. iuxta Theophiaacti, Euthymij, ac Bedæ exposicio-
 nem in celum ascendens in die iudicij reuersurus.
 Ecclesiam reginam sponsam suam cum pleno do-
 minio, ac supraēma reliquit potestate, ut si oportuerit. Rom. Pontificem, quamvis summum mi-
 nistrum coercere, ac moderari queat, si rem pu-
 blicam turbet Christianam, Ecclesiam ve pra-
 quis moribus scandalō afficiat: alias minus prouidisset
 regno suo Dominus, quam decet sapienti regi, ac iusti
 ergo &c. Responderetur ad argumentum concecta mai-
 de filijs in quantum talibus: distinguendo mi. Rom. Pōt.
 est Ecclesia filius in quantum per Baptismum regenera-
 tus accepit Christi fidem concedo mi. in quantum con-
 stitutus in supraēma dignitate Ecclesie, & ipsius Pastor,
 arque vniuersalis rector sub distinguo specificatiue con-
 cedo, reduplicatiue nego, & eodem modo ad cōsequēs.
 Itaque Ecclesia dicitur fidelium mater, ut ait D. August.
 Super Ep. ad Cor. 1. 27. quia per Baptismum continuo dicitur pare-
 re Christianos. Vnde denominatio hæc non tollit, quod
 alia ratione, seu ex titulo altero quilibet fidelis consti-
 tu ipso sit super Ecclesiam, ipsi que prefici, ac Patri exis-
 tere.

tere, ad modum quo, si filius alieuius mulieris Episcopus fiat diæesis, in qua ipsa habet domicilium, erit ille Pater spiritualis suæ matris, licet ratione carnalis generationis filius sit illius, perindeque iuxta diuersas rationes erit filius, & inferior, ac superior, & Pater: similiter quamvis patria cuiuslibet dicatur mater, iuxta illud Maronis *M. ntu me genuit.* Non tollit quo minus Reges, alij que Principes præficiantur patrijs suis, dicantur oꝝ *Patr. spatriæ,* ut Romani Imperatores appellari confuerant: ergo simile est licet Rom. Pontifex ratione re'generationis per Baptismum filius dicatur, & sit Ecclesiæ: non obterit quoniam Pater dicatur, ac sic ipsius ratione dignitatis suptam, ac summae auctoritatis sibi à Christo commissæ: quare hoc ipsum argumentum sic sibi proponit, ac soluit Pius 2. Pont. Max. in pre allegata Bull'a suarum retractationum, his verbis loquens de Rom. Pont. Qui, & si filius est propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur. & sicut filiationis causa venerari debet Ecclesiæ tamquam matrem, ita, & prelationis causa profertur ei, vt pastor gregi, princeps populo, rector familiae. Ad confirmationem dicimus denominationem reginæ competere Ecclesiæ ratione Santitatis seu gratiæ gratum facientis, quatenus in aliquibus membris suis reperiatur, vt ad illud Psal. 44. *Astitit regina ad dextram tuu*s* in vestitu de aurato circundata duretate: exponit glossa id est au-
to Charitatis decorata, & Varietate circundata maritorum: & ad illud Cantic. 6. sexaginta sunt regins: dicit glossa ordinaria, Reginas sunt, quæ intuita Regni caelestis in seruunt. Ex quo minime possumus affirmare Ecclesiam reginam appellari ratione omnium membrorum, eum non omnes sint in gratia, & charitate: nec etiam ex donis gratiæ gratum facientis possumus in ferre superioritatem auctoritatis, alias, qui maiori existeret in gratia, esset Prælatus ceteris, qui equali gratiam non haberent, & qui existeret in latiali peccato non posset*

esse regum ac Prælatus, qui est error Valdensium, &
 Vnicellicuius ratio genuina est, quod cum gratia & gra-
 tis datur nullam habent conexioneum cum gratia
 gratum faciente, possint que sine illa existere, & eó-
 uero: nullatenus gratia gratum facies arguit potesta-
 tem iurisdictionis, que inter gratias gratis datas refer-
 tur ab Apostolo: vnde quamvis vniuersalis Ecclesia ra-
 tione aliquorum membrorum dicatur regina, id est gra-
 tia ac Charitate ornata, non ex hoc bene potest inferre
 aliquam superioritatem, siue iurisdictionem habere su-
 pra Romanum Pont. Deinde nomen Reginæ potest
 tribui Ecclesiæ ratione recti regiminis, iuxta id, quod
 per Prælatos suos agit regentes vniuersalem fidelium
 cœtum, quilibet suam dictioem, seu Episcopatum, quo
 merito reges appellantur, ut tradidit glossa ad citatu[m]
 Psal. 44. locum inquiens: Ut regina, quia sub rege regit,
 scilicet Prælatos suos, qui non in merita reges appellantur.
 & principalius propter Rom. Pontificem, qui totum
 vniuersaliter corpus regit ipsius, vnde denominatio
 hæc neutiquam competit Ecclesiæ ratione commu-
 nitatis, sed communitat ratione membrorum, & prin-
 cipalius, ut supra probatum manet ratione capitis si-
 uie Rom. Pontificis: ex quo satis manifestum sit, quod
 nulla competit supra suum Pastorem iurisdictione, aut
 auctoritas: cum ut prædictum est, magis que in sequen-
 tibus patet fieri, communitas, ut talis incapax sit regi-
 minis, & iurisdictionis independenter à capite, a
 Principe suo, specialius que hoc clare perspicitur quâ-
 do regimen communitatis, vti est Ecclesiæ, ex institu-
 tione sua est Monarchicum: quare exemplum Antio-
 cheni, de rege qui regnum Spōsæ suæ communis reliquit, ni-
 hil contra nos probat, quia ibi reginam tamquam su-
 p̄emam gubernatricem independentem supponit, aliū
 vero tamquam executorem reginæ que sub ordinatū:
 secus vero dicendum erat si talem gubernatorem ab-
 solute, & sine subordinatione ad reginam reliquisset,
 tunc

tunc etenim minime posset ab administratione remoueri, nisi regis præscripto. Denique vniuersaliter ad argumentum, ac confirmationem respondet, quod se denominationes con competit Ecclesiæ acepha-
læ, ac à suo capite, & Pastore Rom. Pont. diuisæ, conse-
quenterque nulla potest esse consequentia contra ipsius Præsulis potestatem, ut infra patebit, nam sic con-
siderata Ecclesia, nec Mater, nec regina, nec sponsa di-
citur, sed præcile corpus truncum, ac sine motu, vñ
dictum manet.

Vltimum, ac præcipuum aduersa sariotū
argumentum, quo triumphum reportare de nostra ve-
ritate præsumunt, sic proponunt.

Christus Dominus Math. 18. præceptum in-
timans fraternalę correctionis dicit: Si peccaverit int̄ e-
frater tuu vade, & corripe inter te, & ipsum solum: pau-
cis que iterfectis, Petro que etiam sermonem dirigens.
subdit: quod si non audierit eos, die Ecclesiæ: Sed Petrus iā
in futurum Pastorem, Vicarium que suum designauerat
Dominus; igitur Vicario suo præcepit, ad Ecclesiam tā-
quam ad supremum tribunal, superiore que gaudens po-
testate recurrere, pro denunciatione peccatore, post se-
cundam ad monitionem corrigi renuente: ergo Eccle-
sia vniuersalis, ac Concilium generale ipsam repræ-
sentans potestatem auoritatemque maiorem habet,
quam Rom. Pontifex, est que supra ipsum: hęc vltima
consequentia patet, nam tribunal, ad quod Christus Pa-
pam recurrere ordinauit, superior est ipso, alias iudi-
tij inuicteret ordinem, recursus namque solum est ad
superiorem: aut ad Ecclesiam vniuersalem Petrum re-
currere præcepit: abs dubie ergo est superior Papa.
Nee valet (inquiunt) si respondeamus ibi per Ecclesiam
non designari vniuersalem cętum fidelium, nec gene-
rale Concilium; sed Pastorem, vel Prælatum delin-
quentis: non (inquiunt) id valet, nam præceptum illud
omnibus, vniuersaliter fuit impositum fidelibus, & co-

sequenter etiam ipso Petro, ac successoribus Pontifici-
eibus Rom. sed Pontifex Rom. non habet particularem
villum iudicem supra se, ad quem possit ecclisse: ergo
ibi intelligendum est, quod de vniuersali Ecclesia, vel
generali Concilio dicta sunt verba Christi, alias super-
flue Petro dirigerentur. Deinde quia glossa ibi expo-
nit sic Ecclesiae id est toti Ecclesia: & S. Hieronimus, & An-
selmus hic, & Gregor. lib 4 Epist. 38. intelligunt fide-
lium exercitum, & multitudinem. & Angelicus Doctor
D. Th. super hunc locum ait: sic Ecclesia, id est toti mul-
titudini. igitur de vniuersali Ecclesia, seu Concilio ge-
nerali locutus est Dominus, ipsius innuens superiorē
Rom. Pontifice potestatem, ac per consequens super
illum auctoritatem habere.

Respondetur ad argumentum, notando pri-
mum pro maiori intelligentia illius, quod Papa, sicut
& quilibet Praelatus potest iuxta diuerias considera-
tiones respici, prima est quatenus persona quædam est
particularis, ac primata: secunda quatenus persona publi-
ca rector, ac pastor sibi commissi gregis: sub prima con-
sideratione, sicuti competit ipsi omnia particularia
præcepta diuina obseruanda, sic & hoc de fraterna
correctione, sub secunda vero consideratione vide-
licet, ut publica persona, ac iudex reduplicative, hoc
præceptum correctionis minime potest competere,
cautatio est manifesta, nam iudicis, reduplicative,
verbalis, tantum est condemnare, vel absoluere de-
linquentem de aliquo delicto, seu criminis conuictu;
sed correctionis fraternalis præceptum versatur. Ulti-
mo, seu terminatur in denuntiatione, quæ ad iudicem
reduplicative, ut tales minime pertinet: igitur Roma-
nus Pont. nec quilibet Praelatus in quantum talis no-
tenet præcepto fraternalis correctionis mai. est cer-
tissima nam crimen ad noticiam iudicis deueniens,
tamquam ad iudicem est intra forum contentiosum,
seu iudiciale: sed doctrinæ sicnoto tenetur index
ferre

ferre sententiam iudicialiter, & in foro externo, ergo non tenetur, ut iudex fraternal correctioni: deinde quia modus praescriptus a Christo D. in fraternal correctione, ut patet ex textu, incipit a secreta admonitione, unde Augustinus serm. 16. de verbis Apostoli ait: Corripe, inter te, & ipsum solum, intendens correctionem, panceris pudori, forte enim propter vere cundia incipit defensore peccatum suum: Et non nullis inteticatis obliuise-
 re iniuriam tuam, non vulnus fratris tui, nec finas eum
 tuo silentio perire si solus nosti, & vis coram pluribus ar-
 guere, non et corrector sed proditor. Sed modus hic nequit obseruari a Prelato, sive iudice, ut tali criminis alterius scie-
 ti, cum tantum per denunciationem scire queat iu-
 ridice, consequenter que, ut notorium, ac publicum
 ergo Prelato, sive iudici, ut tali non obligat fraternal correctionem, nec modus illius ipsi est possibilis, ex hac igitur doctrina respondetur primo ad argumentum distinguendo maiorem: Christus Dominus Petro iam designato in Pastorem futurum Ecclesiae prescripsit fraterne correctionis modum, recusum quo ad Ecclesiam pro denunciatione proximi delinquentis, tollentis quod post binam se corrigerem admotionem: a Petro obseruandum, ut privata persona concedo mai, ut persona publica, & ut fatus erat Pastor, ac superamus Ecclesiae index nego mai, & concessa mihi distingue-
 sequens precepit recurrere ad uniuersalem Ecclesiam tamquam ad superius tribunal, excludendo Petrum caput ipius, ac uniuersalem Pastorem, sive ad Ecclesiam acephalam, & sine capite nego consequentiam: recurrere ad Ecclesiam, hoc est, vel ad se ipsum uti publicam personam, uniuersalem que pastore, in quo Ecclesiae potestas omnis relinet vel ad uniuersalem Ecclesiam ipso Petro, aut successore includentem, sive ad ipsam etiam cum suo capite, & Rectore concedo con-
 sequentiam: & nego absolute subillaram: ad cuius probationem distinguenda est etiam mai, tribunal ad
 quod

quod recurrere ordinuit, est superius Papa considerato, ut priuata persona concedo: ut persona publica capite, ac pastore vniuersali nego, & sub eadem distinctione ad consequens. Vnde dicimus, quod si Romanus Pontifex priuatiue, & non iudicialeiter aliquem delinquisse sciat, potest, ac debet ipsum secreto, & absque crimini publicatione contipere, & post modum si emendari renuerit vnum vel duos testes ad eius confusione adhibere, quod si in delicto persistat in emendacione tunc a se ipso, ut priuata persona, ad se ipsum, ut persona publica, & ut index est remittere, ac illam denunciare, publico que iudicio punire, quae doctrina est. S. Th. in 4. dist. 19. q. 2. art. 3. in solutione ad 4. vbi sic intelligit quod prelatus dupliciter, potest considerari, aut secundum quod iudicio praesidet: aut extra iudicium ex sensu, qua propter secundum quod prelatus existit iudicio praesidens est Ecclesia; licet quod secundum quod est extra iudicium sit priuata persona, aqua ad te ut iudicandi recursus poterit, ipse que ad te ipsum iuxta diversas considerationes remittere, & in iudicium vocare delinquentem respuentem corrigi, postquam modo taxato a Christo ad monitus est.

Ad occurrentiam solutionis opugnare, de eo quod ibi pro Ecclesia nequeat intelligi Prelatus eiusdem, negamus, non iuxta communem sensum SS. Partium sub tali intelligentia exponitur predictus locus ad literam, vnde Basilius constitutionum exercitoriarum cap. 29. ait: si enim is, quem exortaris nec ipsis testibus, quos a ciuiis, obliuat, prefecto morborum anima ipsius notum fieri operatur, si autem neque prefectum substituerit, velut ethnicum repitari. Christostomus homil. 61. prioris operis in Matth. hic Ecclesia prefatis scilicet, as presidentibus Euthymius, hic Renuncia illis, que circa hunc aguntur fortasse illi immunitabunt eum, veritatem dignitatem ipsorum. Quam ex positionem plerique Ecclesiarum Patres sequuntur, q. Deinde quia de Ecclesia, de qua

quā ibi sit mēntio, debēnt sequēntia vērba' etiam intelli-
 ḡi, cum ad illud tribunal ultimo remississe Christū
 pro correctione delinquentium sit credendum, in quo
 corrigendi vigeret potestas: at sequentia verba nempe
 quæcunque ligaueritis super terram, &c. de Apostolis, ac
 pr̄latis intelligenda sunt, vt Sanctus Hilarius expo-
 sūt his v̄rbis: ad terrorēm meū maximi, quā in p̄sens
 omnes continentur immobile Apostolice severitatis iudi-
 ciū pr̄missit. Et Hieronimus: potestatem tribuit Aposto-
 lis, vt sciant, qui ab ipsis condemnantur, hominum sententiā
 diuina intentia reborari. Ergo etiam antecedentia, nē-
 pe dic, Ecclesiæ, de Apostolis, ac pr̄latis exponi debent
 Ad probationem ex glossâ, dicimus, quod ibi in glossâ
 sic habetur: dic toti Ecclesiæ, vt maiorem erubescientiam pa-
 rtatur, ex quibus verbis tantum potest colligi, quod ibi
 cœctus fidelium, seu sufficiens multitudo exquiritur nō
 vt iudex, & potestatem exercens, sed vt testis sit co-
 rrectionis ad maiorem erubescientiam delinquentis,
 & in eodem sensu locuti sunt Hieronimus, Anselmus,
 & Gregorius, nec non D. Th. cum ibidem adiungat: dic
 Ecclesiæ, id est toti multitudini, vt confundatur, vt qui nolunt
 sine confessione corripi, cum confessione corripiantur. Vnde
 postea dicit: vel Ecclesiæ id est iudicibus, vt corrigitur.
 Quod vero iuxta Christi D. intentionem verborum
 que ipsius litteralem, genuinum que sensum non pos-
 sit intelligi, quod ly dic Ecclesiæ de Vniuersali fidelit̄
 ex: u, vel de generali Concilio dixerit, sic demonstra-
 tur, erit que solutio altera p̄s iacti argumenti: nam
 denuntiatio, seu correlio ibi à Christo Domino p̄-
 cepta obligat omnibus, singulis que fidelibus, vt do-
 cet D. Th. in 4. dist. 19 q. 2. art. 2. in corp. & 22. q. 33.
 art. 3. in corp. & tuse Suarez tom 4. de Relig. lib. 10.
 cap. 7. num. 11 colligitur que in textu ex lyfrater tu-
 us: frater enim potius æqualem, quam superiorem sig-
 nificat. Sed si Christus denunciare peccantem ante to-
 tius Ecclesiæ, sive pro omni fidelium extu, sive pro ge-

generali concilio sumptus, tribunali, omnibus, singulisq;
 preceptis fidelibus, pene impossibile, aut difficilim
 nobis impoñi sit præceptum, quod dicere nefas, iuxta
 illud Hieronimi in expositione symboli ad Damatum,
Maledictus, qui dicit Deum aliquid impossibile præcepisse. &
 iuxta illud Christi Matth. 12. dicentis: *ingum enim meū
 suum est, & opus meum leuit.* Cum esse in uno loco omi-
 nes simul fideles pene sit impossibile, etiamque ad ipsos
 recurrere dispersos: Concilium que generale raro
 congregetur, denunciantem que ipsam adire ad denū-
 ciandum, multoties haud facile: igitur iuxta Christi
 intentionem, quæ faisse facilem, nec ultra tenus nimis
 onerosum proximi corde tuo ad præscribere, creditur,
 minime predicta verba de universalis fidelium cœtu,
 vel de Ecclesia conciliariter congregata queant inter-
 pretari. In super quod de universalis Concilio intelligi
 non possit Ecclesia à Christo D. præ allegato textu
 expressa, patet: nam ut supra probatum manet gene-
 rale Concilium nullam habet potestatem ratione
 sui, nisi in quantum illam ab Ecclesiæ capite Rom. Po-
 tifice participat: Sed Concilium de quo loquitur ar-
 gumentum, nempe quod diuisum est à capite, sive ace-
 phalum nullam potestatem participatam habet à Papa,
 ut terminis nostris stenus questionis: igitur ablo-
 lute nullam habet auctoritatem seu potestatem: ast
 Christi verba debent intelligi de habente potestate,
 ac autoritatem coerciuam ad corrigendum, & punie-
 dum: ergo de tali Concilio minime possunt intelligi.
 Ulterius quia præceptum illud ab inicio Ecclesiæ ex-
 pat fideles adstringere: sed illis tribus primis saeculis,
 usque ad Nicenum nullum fuit Concilium generale:
 igitur toto illo temporis spatio correctionis fraternalis
 præceptum haad expleri potuit quod est satis disonu-
 rationi ac veritati. Denique satis constat ex iure cap-
 tanones 16. l. universalia Concilia ab humana institu-
 tione exordium sumpsisse: sed non ita esset si pro cor-
 rectione

rectione fraterria, ex Christi D. prescripto ad illa scrip-
debet et denuntiatio, quia vel iam supponeret Concilium
debet fieri, ut naturali iure, quod non est, aut ex pre-
cepto diuino, de quo non constat, vel ex precepto in ip-
sa correctione imbuto, quod nec dici debet, ergo nu-
llatenus per Ecclesiam intendit. Christus uniuersale
Concilium indicare; multo q̄ minus Conciliū accep-
tum, de quo est questione, cum illud Ecclesiaz nomine
haud quaquam venire, vel intelligi debeat, nec re, nec
repräsentatiue, ut probatum manet: restat igitur quod
solum verba Christi de iudicibus, seu Prælatis, nomine
Ecclesiaz signatis, intelligantur apud quos vigeat cor-
rigende potestas, eis que aditus patet cuilibet si-
deli denuntiationem facturo: ex quibus tatis ad argu-
mentum propositum. Aliat menem emittimus, nam ex
dictis facile solvi, ac dilui posunt, & haec de hac
questione.

REMISIONES.

A. I. Reg. 17. 40. b. Ezech 34. 23. c. Lauretus insyl-
la Verh. funda d. Biblia vers. translatio ex Hebreos anf.
Pagn. 3. Reg. 6. 18. sic legit. Et tabula cedrinæ, quibus te-
rebatur domus intrinsecus, depicta erant picturis infi-
tar fundæ. Et pene idem Vers. 29. f. Concilium Constantien-
se extat tom. 3. p. 3. in editione seu erim Bini) Colore Agre-
pina excusa ann. 1618. haec que 4. cf. pag. 849 col. 1. quam
que edit onem (equi) mur semper quando Concilia allegantur.
Et ibi Honorius Imperator ita ad Bonificium Papam scribit.
Si duo forte contra has temeritate concertantium fue-
rint ordinati, (id est electi) nullum ex eis futurum Sacer-
dotem permittimus: sed illum solum in sede Apostolica
pet manere censemus, quem ex numero Clericorum
noua ordinatione (id est electione noua) aiutium iudicium
& uniuersitatis consensus elegerit. h. Concil. Chalced.

act. I. septimum generale ad 1. 6. Quatuor Rom. sub Symacho,³
 ubi omnes patres id fatetur. Distinctio 17. per totam, & cap.
 dudum. 3. q. 7. i. Tom. 3. Concil. p. 2. pag. 846. c. 1. K. Ibidem
 sess. 13. pag. 882. col. 1. 1. constat ex subscriptionibus eiusdem
 Concilij. ubi primo loco haec reperiuntur, videre est 1. p. tom.
 1. pag. 281. c. 1. Idem testantur Cedrenus in compend. Histor.
 & Photius lib. 7. de Synodis, quos, & alios citat Severinus in
 notis ad hoc Concil. pag. 291. c. 2. in verb. Occumenicum.
 m. Idem Severinus in notis ad Concilium Constantinopol. loc.
 cit. pag. 542. super verb. auctoritate Damasi Papæ. Notas
 huic Conciliij Præsidem unum ex his fuisse, sed non ut legan-
 tus, attamen quia Pontifex Damasus Concilium in exito,
 post que approbavit, ab dubie ratam præsidentiam habuit, vel
 commisit. n. Concil. Ephesini pars 1. tom. 1. Concilior. p. 2.
 pag. 133. c. 2. o. ibidem parte dicta idem Concil. act. 1. in Ca-
 rthago Episc. 1. loco haec leguntur. Cyrillo Alexandriæ, qui
 & Cælestin quoque SS. Sacratissimi que Romanæ Eccle-
 siæ Archiepiscopi locum obtinebat, pag. 168. c. 2. & ini-
 tio actionis 2. pag. 232. c. 1. idem refertur. Relatio ad Theo-
 dos. extat p. 2. Concil. act. 3. pag. 240. c. 1. Idem habetur act.
 40. & 5. ac 6. ubi notandum, quod si in aliquibus actionibus
 de est subscriptione Cyrrilli, ideo est, quia ipse, & Memnon Ephæ-
 si Episcopus libellos accusationum Synodo obtulerant, sic que-
 nunus indicum protunc exuebant, ne simul essent in eadem
 causa accusatores. & indices p. Tom. 2. Concil. p. 1. pag. 34. c.
 1. item ali. 2. pag. 153. c. 2. act. 3. pag. 171. c. 2. sententia ver-
 ero in Diocorum Alex. pag. 192. fine. q. Habetur Epist. Euse-
 bii ad Vigilium tom. 2. p. 2. pag. 48. c. 2. rescriptio autem
 Vigilius pag. seq. c. 1. & quamvis tunc Pontifex Vigilius huic
 Concilio contra dixit, nec consequenter Eusebius vice ipsius
 præsedidit, post modum vero cum sententia ipsius Vigilius, ac suc-
 cefforum approbatum fuit, robur accepit: quod vero ad nos strum
 patinets propositum sufficit Eusebium fassum Rom. Praejudi-
 catus præsidentiam vice competere, ut patet ex allatis verbis. s.
 tom. 3. Concil. p. 1. sect. 1. pag. 15. col. 2. s. Bellarm. lib. 1. de
 Concil. & Eccles. cap. 19. fine. t. Extat haec epist. in editione
 Al-

*Morpho-fisiuntis et habeantem formam. Concl. p. 17 pag. 348. ea
i. admodum numerus eorum qui per se veluti sanguinem. Sanguis. Th. in 4. pag. 19. q.
Sanguis. Th. in 4. pag. 19. q. I. sanguis. q. u. Anagelius Dot. in 4. pag. 19. q. I. sanguis. q.
cap. vi. lumen. de ferreum. ex comuni. in C. lementis pluvibus
matus. ad. 6. cap. exterm. cap. ligat. de confusione. q.
6. cap. antequa. de privatae. cap. 1. de venientia. in 6. cap. ubi
cap. statutum. de refectione. in 6. cap. contumaciam. q. de cunctis
6. ibi que glori. cap. non debet. de consanguinitate. q. f. f. f.
super verba nuntiandas. cap. graue de proibend. q. ibi. glori.
cap. cuiuslibet. ac. f. s. t. cap. quod cumque. ibi. cap. f. o. a. m.
cui. d. i. d. 2. 4. q. 1. cap. quod cumque. ibi. cap. f. o. a. m.
cap. p. c. t. i. s. 2. 4. q. 6. cap. B. c. t. i. 2. 4. 9. 7. q. cap. P. a. t. o. b. i. d. cap.
cap. p. c. n. c. a. u. i. d. e. m. q. 6. d. cap. al. orium. q. cap. lat. a. 3. 4. 6.
dum. cap. hi. q. u. cap. f. l. e. i. i. u. s. o. r. d. i. f. 5. o. i. c. a. p. h. in it. s. 8. d.
cap. toga minus. q. cap. eu. B. c. t. i. 1. m. a. o. a. c. o. n. c. i. d. e. t. a.
1. d. cap. in nomine D. o. m. i. 2. 4. d. cap. quod cumque ibid.
cap. S. a. c. t. o. l. i. n. d. a. q. H. a. c. e. t. h. d. o. s. 2. 2. d. c. a. s. t. u. l. i. n. h. e. f. o. i. a. t.
cap. quis necedit. 1. z. d. cap. i. u. r. c. a. m. e. 2. 1. d. c. a. p. i. o. n. t. e. s.
18. item cap. p. a. c. c. i. u. s. 1. 2. d. i. q. a. l. b. i. m. a. o. p. p. r. a. c. c. p. t. i. s.
diff. 8. 2. q. d. i. f. 1. 7. f. e. r. e. p. e. r. f. o. r. a. m. q. G. r. i. u. a. n. s. m. e. f. i. o. d. i. f.
cap. i. c. u. j. e. t. u. s. 3. 6. q. h. cap. tritice. no. l. c. 1. 6. 9. 1. cap. v. t. c. s
gens. 3. 1. 8. h. Genes. 3. 1. 6. 1. M. a. c. h. 2. 0. 2. 8. a. u. H. a. l. 2. 7. L.
diff. 1. 7. p. e. r. s. t. o. f. a. m. 3. U. s. e. 2. 2. 0. 8. a. d. E. p. h. 5. a. 2. a. g. a. d. C. o. l. o.
cap. 1. i. c. e. cap. C. o. n. c. i. l. i. a. 1. 7. d. cap. C. o. n. f. u. d. i. m. u. s. 2. 5. 9. 1. q.
Pons. coniuge. B. a. r. o. n. a. d. d. m. 6. 8. 3. B. e. l. l. a. m. 6. b. 1. 4. d. H. o. w. F. o. r.
ius c. g. s. f. q. d. l. l. e. r. u. s. j. c. r. p. r. a. C. o. n. c. i. l. i. o. h. o. c. d. s. g. a. n. u. n. i. e. m.
p. 2. pag. 1. 7. 3. c. 2. q. 1. 9. d. E. p. f. L. e. o. n. i. s. P. P. 2. a. d. C. u. n. f. a. n.
B. E. p. f. i. d. d. i. n. u. t. l. e. v. a. p. g. 3. 5. 4. C. i. V. i. d. S. e. c. i. m. u. n. i. m. 2.
C. o. n. c. i. l. i. p. 2. E. p. a. g. 3. 5. E. p. i. f. f. a. s. c. r. i. p. t. a. L. e. u. r. i. t. b. i. d. 4. 6. 9.
p. 1. pag. 4. 4. 1. A. s. x. t. a. r. e. l. l. a. t. h. e. m. f. i. s. f. i. a. d. L. e. o. n. c. i. m. 2. 0. 1.
S. e. c. r. e. t. a. r. i. u. m. i. n. n. o. r. i. s. a. d. h. o. c. G. o. n. i. l. 2. 0. 1. a. p. p. r. o. b. a. t. u. m. T. o. w. 1.
i. n. s. 5. g. n. o. d. i. b. a. c. c. e. n. s. u. l. q. u. i. t. a. m. a. f. i. s. i. R. o. m. E. c. t. l. f. y. a. T. i. d.
5. 4. 4. c. 1. 2. s. i. c. D. G. r. e. g. 1. 0. 6. r. p. f. L. e. o. n. i. s. R. o. m. E. c. t. l. f. y. a. T. i. d.
C. o. n. c. i. l. i. n. d. e. c. o. p. r. o. x. i. m. c. o. i. c. a. s. o. p. a. g. 3. 6. 4. C. 2. x. B. a. r. a. m. d.
a. u. n. 3. 2. 5. n. 1. 7. 1. 0. 2. 1. 7. 2. 1. q. e. a. d. t. o. m. a. g. p. a. t. e. C. o. n. c. i. l. i. p. a. g.
C. o. n. c. i. l. i. n. d. e. c. o. p. r. o. x. i. m. c. o. i. c. a. s. o. p. a. g. 3. 6. 4. C. 2. x. B. a. r. a. m. d.
i. n. d. e. m. u. n. e. r. e. s. e. r. p. c. u. m. S. i. l. e. f. t. 1. D. a. p. e. c. a. f. t. 1. i. n. d. a. u. p. e. r. b. o. a.
M. p. h. o. n. f. P. i. f. i. u. n. t. s. e. t. h. a. b. e. s. u. e. f. o. r. m. 1. C. o. n. c. i. l. i. p. 3. 4. 8. C. a.*

Resolutus Dol. N. Joannes de Bachone in 4. q. 4o. prologi art.
 2. ¶ dist. 17. q. 1. B. Albertus Mag. in 4. dist. 19. ubi D. Bo-
 nauenctu, T. Ricardus. D. Antoninus 3. p. iii. 22. cap. 10.
 §. 4. Albarus Pelagius de planeta Eccl. lib. 2. cap. 35. Anto-
 nius de Rojollis tract. de Concil. ijs num. 40. Petrus a Monte
 Venetus tract. de Concil. general. c. 1. n. 4. ¶ 6. Cardinalis
 Turris cremata sum. de Eccl. lib. 2. cap. 27. ¶ seq. ¶ lib. 3.
 c. 28. Nicolaus Sanderus de Visibili Monarchia Eccl. lib. 7.
 Albertus Pighius de Ecclesiastica Hierarchia lib. 6. per totum
 Angust. Triumphus de potest. Eccl. q. 6. art. 6. Cajetanus tom.
 1. opusc. tract. 2. cap. 6. ¶ seq. Iacobatius lib. 10. de Concil.
 art. 7. fuisse, est que fera omnium Theologorum, ut notat
 Bellarmensis Tract. de auctorit. Concilior. lib. 2. cap. 14. ¶
 omnium Canonistarum in cap. Significati extra de elett. ¶
 cap. si Papa. 40. dist. o. S. Ignatius Martyr epist. 4. ad Mariam
 Casabolum. 5. Iyaneus lib. 3. c. 3. Tertul. lib. 3. carmin. in
 Marcionem Epiphanius Heres. 27. Opratus Mileuet. lib. 2.
 5. August. epift. 161. D. Hieron. de Script. Ecclesiast in Cle-
 mente cap. 1. 3. corrigens sententiam, quam Isaias cap. 52. tra-
 diderat. p. vi deatatur Baronius ad ann. Christi 69. n. 33. ¶
 seq. Bellarm lib. 2. de Rom. Pont. cap. 3. Seuerinum quo que
 Videas tom. 1. p. 1 pag. 24. c. 2. innotis ad Linnum, q. glossa Hie-
 von. super illud eiusdem Matth. cap. 18. v. 18. quæcunque
 alligaueritis &c. glossa decreti in cap. si peccauit. 2. q. 2.
 explicat: dici Ecclesiæ: id est Sacerdoti. cap. non uit extra de
 iudiciis. ubi de pastore et rectore eadem exponuntur verba.
 Alsfidorensis in sum lib. 3. rubric. 31. Hugo Card. ad ipsius
 docum, id est his qui Ecclesiæ præsident. que interpretatio
 reperitur in glossa dicit: dic Ecclesiæ, id est coram præla-
 to Eccl. cum conuince per testes, quos noluit audire
 corripientes. B. Albertus Mag. super eundem locum ita ex-
 ponit: id est, prælato. Lyra ibidem etiam dicit: id est præ-
 lato ea ndem interpretationem sequuntur Eccl. PP.
 ut videre est apud N. Beauxamim. Cornelium, Barra-
 dam, Nostrum que Sylueiram, alios que interpres,
 quos non vacat ieterre. ¶ Ex qua doctrina tradita se-
 quens

quens defendendum deducimus.

ASSERTVM SECUNDVM.

Romanorum auctoritas Pontificis, ita in militante Ecclesia omnes alias antecellit, ut nendum superior omnibus particularibus existat Ecclesijs, ipsarumque, nullo excepto, Praelatis; verum etiam super omnem ceterum fidelium, sive diuisim, sive copulatiue inspectum, dum modo Romanum Pontificem non includat. Vnde generale Concilium quodlibet absque ipsis auctoritate, natus indicium, exceptis casibus Schismatis, sedis ve vacatis, Cardinalibus aliquo eligere renuentibus notoriæ aut heresim existentis Pontificis (quæ calum moraliter impossibilem iudicamus) nullius firmatatis, ac valoris erit. Similiter dicendum asserimus, si in Concilio perse, vel per legatos suos Romanus Pontifex non exerceat praesidentia ius; per inde que ad ipsis attinet solum voluntatem, ex sibi visa rationabili causa Concilia transferre de loco in locum, vel omnino dissolueret; casaque, & irrita ibi decreta reddere, quando expedierit. Itaque sine eiusdem confirmatione, & approbatione nulla sunt, quæ Concilium quocunque decreuerit, nec habent aliquam obligandivm, nisi alias ali unde à sede Apostolica prius robur acciperissent: qua propter nullatenus admittimus, quod Concilium generale habeat immediate à Deo auctoritatem (exceptis supra positis casibus, in quibus sufficientem tantum ad subuenium presenti Ecclesie necessitati credimus) sed participatam à Vicario Christi Romano Praefule. Ex quo consequenter defendimus nullum generale Concilium potestatem sortiri iudicandi in causa certi, ac indubitate Pontificis recte de Catholicâ fide sentientis: nec posse statuta, aut leges aliquas, quibus adstringatur, condere; neutquam que ab-

absoluere ab ipso dominatos, unde à Concilio ad P. 2
pam valida erit appellatio, secus vero ab ipso ad ge-
nerale Concilium: quæ omnia, ut certa, sanæ fidei, ag-
securiora in Catholica veritate afferimus.

MVNIMEN. 3. LAPIDES.

AD pugnam elegit sibi David quinque limpidissimos la-
pides ac torrente, quos nimirum (inquit Bernardus) A-
leu gare torrens potuit, sed non etiam tollere se cum, La-
pides verbum Domini prosequitur nullis fluctibus cedens
manet in æternum, torrens autem, siue fluvius (clamitat
Augustinus) b. significabat populum fluxum deditum tempora
libus rebus amicem transecutia, et cupiditatis impetu in-
mare huius sancti decurrentem. Sic Sanctissimus funda-
tio i. supremus (uti diximus) Ecclesiæ Pastor, haud
oblitus in typico Davide adumbratus, de torrente, x
fluvio rebellis populi verbum Domini, non sane ex-
platum, ac male à Galis intellectum sumens, ac in
pastoralem peram mittens Ecclesiā scilicet, ut inostet
Alexandrinus Cyrilluse exposuit. c. quam & fistulam, inue-
latis multram Augustinus, Chrysostomus, ac Rupertus
intelligunt, lacte Matri conditores fideles alat, infi-
dos vero confundat. malitiam turbam rebe-
llium superans, &c. ut Cyrillus addit, aduersus Ioan-
nem Antiochenum male de fide sentientem, in ipso
que Ephesini Concilij vice Celestini Pontificis Præ-
de Romanam sedem oppugnantem, sententiam vifur-
pans, vincet igitur Christus, etiam si vulnerare queas, atque
ita ego vici etiam si maliciose ladi non coronasti non volens
cujs rationem premiterat, Per hos Santos (in qui ens)
lapides vincet Christus: erant autem lapides isti leues. Leu-
itas ergo illa lapidum significat, quod sancti Christi lapides
comprehendi nequeant, et enim levitas lapidum ad modum
in comprehensibilis, & Sanctorum conuersatio in compre-
hensi-

hensibilis est. Haud secus Nostri SS. Patris, ac Pontificis summi Innocentij intelligunt precearios lapides. Thesauri videlicet Scripturæ Sacrae verba, cuius claves apud ipsius remanent, declarantes Galli, juxta supremæ doctrinæ Cathedræ, vnicique, ac maximi eiusdem Doctoris iudicium in rebus decernendis fidei irreformabile, ac infalibile obsecrati negant.

 sedis decreta, valide non statuit, nec potest, sed omnino
 irrita, ac nulla erunt, quæ statuerit: consequenter que, nec
 Gallium Regnum, nec aliud statuta poterit condere, si
 Apostolicæ Romanæ sedi aduersentur statutis, seu cano-
 nibus: maior est eidens, & minor similiter: consequen-
 tia ostenditur, nam Romanus Præsul est supremus prin-
 ceps, & Dominus Ecclesiæ, eiusque potestas omnino su-
 blimis, ac supra omnem potestatem Ecclesiasticam, ergo
 nulla alia potestas potest nec directe, nec in directe co-
 tra eius statuta leges condere, sine eo quod excedat li-
 mites suæ potestatis: consequenterque irrita, & nullius
 valoris erunt huiusmodi statuta, ut pote contra superio-
 rem, ut manifeste probat textus in Clement. ne Romani
 de elect. & sub eod. titul. cap. qui registratur.

Confirmatur: amplius nam in tantum poterit regnum habere statuendi potestatem, in quantum talis potestas tendit in bonum regni, limites que ipsius boni non transgreditur: sed statutum, quod superioris potestatis aduersatur statutis, limites excedit boni illius regni proprii, ergo tale statutum est extra potestatem statuentis, omninoque irritum, ac nullum: maior est per se nota ex definitione legis: minor probatur, nam de lege superioris semper presumitur, quod sit iusta: utilis, ac ratione conformis; ut docet Augustinus lib. de vera religione cap. 3, & hetur dist. 4. cap. in istis consequentia est legitima ergo &c.

Kursus pro maiori claritate adjicitur, quod si predictae leges, vel statuta à Regno Gallicano, quomo-
dolibet facta proprio motu, ac auctoritate pene secula-
ri, & laica, materiam Ecclesiasticam concernant circa
illam aliquid statuendo, aut determinando, etiam si iuste,
pie, ac rationabiliter pro Ecclesiarum commodo acta
fuerint, nullius roboris, firmitatis, aut valoris erunt, sed
potius irrita: cum laica potestas in Ecclesiasticis rebus
nullam habeat auctoritatem, seu potestate n: quod praes-
ter plurima iura, que breuitatis causa omittimus, expres-
se firmat textus in cap. Ecclesia Sancta Maria extra de
constitution. Vbi Innocentius 3. Abbatii, & conuentui S.
Sylvestri sic loquitur, *Nos attendentes quod laicis, etiam re-
ligiosis super Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis nulla sic attribu-
bita facultas, quos obsequendi manet necessitas, non auctori-
tas imperandi: aquibus si quid inctu proprio statutum fuerit,
quod Ecclesiarum respiciat commodum, & faborem, nullius
firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit approbatam. Unde sta-
tutum Basili de non alienandis prædij rusticis, vel Urbanis
ministerijs, & ornamentis Ecclesiarum, illa reprobatum fuit
potissima ratione, quod auctoritate non fuit Romani Pontifi-
cis roboretur. Hec SS. Pontifex Innocentius, ex quibus
manifeste conuincitur, quod Regnum Gallicanum, nec
Reges illius vllatenus potuerint statuta aliqua, seu le-*

ges condere circa statum Ecclesie, vel res Ecclesiasticas, queq; alicuius roboris existant, si Apostolicæ sedis f. collatatem non habuerint, vel ipsa statuta ab ipsa nō fuerint approbata. Nec approbatio Gallicanæ Ecclesie, seu talium statutorum recipio, & admissio, aliquid validitatis, seu roboris ipsis conferre potuerint: præter id quod ipsa Ecclesia Gallica, ut particularis Ecclesia, quedam est, posset conferre suis proprijs statutis de dispositione bonorum, aut aliarum rerum de quibus ipsis iure compstat disponere, excepta tamen in omnibus Romani Pontificis auctoritate, & potestate, ut talia statuta, si expedire arbitretur, deroget, abrogat, vel in illis dispensem, ut supremus Princeps, Dominus, & Rector plenitudine potestatis gaudens in omnibus & singulis Ecclesiis.

Quo ad mores vero, & consuetudines à Regno introductas idem est dicendum: cum nanque iuxta Iudorum ut hetur dist. 1. cap. 4. *Mos sit longa cū uetus*, de moribus tantum modo tracta: seu ut ipse Etymolog. cap. 30. *Mos est probata consuetudo sine lex non scripta*. Consuetudo autem, ut eadem distinctione cap. 5, traditur ex ipsi hominibus, sit ius quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex: perindeque si mores illi, vel iungentur consuetudines legibus sint oppositi, seu Romanæ sedis decretis, nullam vim habere possunt, nec ullatus valere: ut expræce declarat Nicolaus Pontifex scribens Michaeli Imperatori: ut hetur cap. 2. dist. 11. sub his verbis conueniens est, ut quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate Sanctius, nullius consuetudinis erapeiente Occasione, propriastantium sequendo voluntates, remouatur sed firmiter, atque inconcuse recreatur. Restat igitur quod nulla consuetudo valeat aduersus Romani Pontificis decretos: quod item probant in 12. dist. caput, scilicet *Sancta Roma* cum 5. sequentibus 10. q. 1. decreuimus & extra de consuetud. cap. ad nostram ardientiam Alexander 3. dicit *Nos igitur attendentes, quod consuetudo, que canonicas obiat in fluitis, nullius debeat esse momenti*. Et ferme idem cap.

ium satis de officiis. At tibi diaconi & de sententiis & reiudicis, cap. *cum ius usus*: ergo absolute dicendum, quod praeterea consuetudines, seu mores à Gallicana declaratione, dum modo in aliquo contrariantur factis canonibus, aut decretis Pontificum nullatenus valere, seu in legem potuisse transire, sed prorius nullos nullius que valoris, aut roboris est. Nec obstat si dicant, quod tales mores, usus ve longius sunt, multo que tempore, seu in memoriali feruati, etiam scientibus Romanis Pontificibus, consequenterque iure prescriptionis rati, ac validi esse: non inquam. obstat, nam in primis certum est, quod contra obedientiamnulla etiam longissimi temporis valet prescriptio, ut dicit Innocentius Papa & hetur extra de prescripto. cap. *cum ius usus* vbi Pontifex præcipit Prioribus de costa, & de S. Donato, obedire Episcopo, & Ecclesie Bracharensi prescriptio temporis non obstante igitur uero mores illi Regni Galliarum aduersentur in aliquo obedientiae. Apostolice sedis, nulla prescriptio temporis etiam longissimi poterunt firmari, aut ualorem aliquem accipere, etiam si aliqui Romani Pontifices tolerauerint, quod nescimus, sed tamen dubium non est, quod si forte non resistenter, sane obseruanda in pacem, atenta que Regni Francorum audacia, ne in granula forte incidenter mala, pertubarent Ecclesiam Apostolicis preceptis resistendo, uti solet, credimus faquam, attamen in hoc nullum præ iudicium Pontificis poterit fieri potestat, semper que non obstanti quacunque temporis consuetudinac illi in omnibus obedire Galli tenentur, ac debent.

Deinde quia contra illa, quæ Romana sedes in signum specialis priuilegij sibi reseruauit, nulla poterit dari te. n. poris prescriptio, ut habetur de Clerico Agricante cap. viii. vbi Bonifacius 8. dicit *Declaramus*, atque statim coad iutorem Episcoporum, & superiorum Prelatorum dationem intelligendam esse de eausim majoribus. & respondere ad sedem Apollanicam, & abea, consuetudine non obstante contraria, tantummodo postulandam &c. vbi glosa dicitur

non obstat et dicit uota per hanc litteram, quod contra Romanam Ecclesiam non currit prescriptio in his, quae sibi insignum speciales priuilegij reservauit, scit nec contra priuilegium prælationis.

Ego nullam posunt Galli declarantes præscriptionem temporis contra obedientiam Romanæ sedis in omnibus, quæ sufficiunt, sicut nec contra ipsius prælationem, ac tu præmat potestatem prætendere, etiam quibuslibet statutis, regulis, vel motibus prædicti Regni Galliarum in contrarium produxis.

Iam vero solum restat, ut penitus equiuocatio tollatur, claritate que veritas eluceat, dicendum de priuilegijs, quibus Galli haec instituta, regulas, & mores sui Regni firmate intendunt, possunt namque dicere iuxta distinctionis supra apposita membrum 1. quod Apostolica sedes ipsis concederit priuilegia, quibus mores, & statuta Regni sui approbauerit, sic que talia statuta ex hac concessione corroborata, ab ipsis que obseruata, & recepta stabilitatem adquili, te, firma que per manent: huic vero explicationi, si forte hoc dicere verba declarationis ve- lint, etiam sub distinctione iam posita respondemus. Vel enim talia statuta etiam priuilegijs Apostolice sedis corroborata, minuant, aut detrahant aliquid de suprema Romanorum Pontificis iurisdictione, vel ipsam illęsam relinquent, si hoc secundum est verum, dicimus, quod talia statuta, sic innixa priuilegijs Romanę sedis, firma erunt quantum Romani Præfatis fuerit voluntas ipsa conser- vandi, seu non renovandi, cum enim illa statuta ex priuilegijs talibus consecuta firmitatem, quibus & formam, & speciem sumplerunt, sebjacentur potestati conceden- ti, certum est, tantum curare, quantum fuerit eius vo- luntas, nec amplius: per indeque revocari posse, quando- cunque Romano Pontifici vitam fuerit expedire, absdu- bie etenim potest decessorum priuilegia, cum conuenit revocare, ut excitato cap. ignoruit extra de elect. & extra- deg. ad conditorem de verb. signif. Ioann. 22, inquit ad con- ditorum

Editorem canonem non est dubium pertinere, cum statuta a se, vel
 praedictis scriptis suis editis, obesse percepit potius, quam propositum
 ne ulterius obesse valeat precursum. Si ergo canones, seu com-
 munes leges moderari, ac abrogare potest, cum sibi ex-
 pedire videretur: potest oratione priuilegia, seu leges priuatas,
 cu[m] non attingant ita in meclate bonum communitat[is],
 sed particulae, & priuatum; respectu totius Ecclesiae, cu[m]
 ius tantum pars est Gallicanæ Ecclesiae, & Regni collec-
 tio, ex frequenti que vobis constituta Romana nos Pontifices pri-
 uilegia renocare per illa verba non obstantibus quibus con-
 que privilegijs: vt patet in 6. cap. clericis de immunitate. Ec-
 clesiast. vbi id notat glossa. & eodem lib. cap. q[uod]ia sapientia de-
 elect late que probat Suarez lib. 8. de legibus, & eti[am] con-
 munis tentatio. Si vero sit primum, quod dicitur maximus,
 nempe talia statuta, etiam corroborata sedis Apostolice
 auctoritate, officere ipsi supradicti potestari, & iurisdictioni
 Romani Antistitis; praeterea quam quod valde de talium
 priuilegiorum concessione dubitamus, difficile enim cre-
 dimus Romanam sedem contra se ipsam privilegium ali-
 quod concessisse, cum, vt notauit Bernardus super cap.
 cum ex officiis extra de prescript. & referr Sylvestri in sum-
 ma vebo priuileg. num. 2. nuncquam consueverit aliquam pri-
 uilegiare contra se: attamen dato, quod talia priuilegia co-
 cesserit sedes Apostolica Regno, aut Regi Galliarum, di-
 cimus in nullo manere vi illorum priuilegiorum iuram
 Pontificiam potestatem, semper que habere supremam
 iurisdictionem in omnibus, ac per omnia, sicut ante pri-
 uilegiorum talium concessionem, nam cum Romanus Po-
 ntitus non posset a te abdicare suam supremam iurisdictionem,
 presumi non potest illam nec in toto, nec in par-
 te a se ab legasse, sed ea retenta in se, quasi alteri delegasse
 videlicet Regi, verbi gratia in aliquo casu particulari;
 commitendo ipsi aliquam iurisdictionem propriam Ro-
 manæ sedis. Cæterum semper potest Romanus Pontifex
 reasumere in se solo talen potestatem, quando cu[m]que
 voluerit, & expedire cogocerit, quin obstat longa poti-
 us

sius, seu consuetudo Gallicanae Regni talis priuilegii vten-
 di, nam ut recte notauit Innocentius ad cap. 2. de postu-
 lat. Prelat. nam 2. quis Paga circa spiritualem potestatem
 omnia potest, & plenitudinem potest, ut habet, nullus potest que-
 rere possessionem, quae illi praividicet, cum illam habeat a Domi-
 no donum, quod ipsum docuit glossa in cap. cum nobis de
 prescript. quam ibi sequitur Panormit. num. 5. &c 12. &c
 in eod. titul. cap. si diligent. num. 11. & placet nunc, casu
 quo talia priuilegia Gallorum Regno concessa sint, nec
 revocata, quod difficile credemus: tamen sine formidine
 dicimus Romanum Pontificem sufficientem ex declara-
 tione Gallicani cleri posse sumere causim, & quidem ius-
 tissimam, revocandi talia priuilegia ut pote ex abuso illo
 rum nocua: quia ut dicit Innocentius 3. Senonenti Ar-
 chiep. & hetut extra de re scriptis cap. sedes Apostolica con-
 sumit exercitio se potentibus liberaliter, sed quidam eius gratia ne
 quiter abutuntur. Ut nunc Galli moderatores potestatis
 Romanae sedis esse intendunt, irreuocabilia facere sua pri-
 uilegia conantes: merito igitur revocari penitus non
 deberent, quia priuilegium meretur amittere, qui permisso fe-
 bi abasit ut in cap. vi priuilegia: extra de priuel-
 dixit Alexander 3. in Concil. generali Lateran. & hęc de
 g. 3. Gallicanæ declarationis: ex quo illa vltima verba.
 scilicet pertinere ad amplitudinem Apostolicae sedis, ut statuta,
 & consuetudines sunt a sedis, & Ecclesiarum confessione firmata
 proriam facultatem obseruant. Sic intelligenda dicimus,
 videlicet quod solius erit Romanae sedis auctoritas con-
 fessandi ad suum arbitrium, & dispositionem permane-
 triam talium statutorum, & consuetudinum Gallicani Reg-
 ni, vel omnino eadem abrogandi, cum viderit expedite,
 & haec sup̄ma disponendi libera potestas est, quae ma-
 gis exaltat amplitudinem tantę sedis, secus vero, quod
 Galli ita libertatibus suis fidant, ut ab obedientiis Roma-
 ni Prelatis veliat etimi, & solum quasi ad proprium ip-
 forum libicum obediens.

Quinque iam lapides Danidis, quid Gallos sen-
tire

tire oporteat indicant; quinque etiam Apostoli predi-
cant verba, utinam ipsi in sensu; & non in lingua loquā-
tur. Nobis vero & si tenus deficit, fides sufficiat, obse-
quendi que in o naibus Apostolicæ sedi, Romano quo-
Pontifici animus.

REMISIONES.

- a. Bernard. serm de David, Golia. &c. 5. Lapidibus
b. August. serm. 20. de Monomachia cap. 7. post. med. c. N. Cy-
rill. alexand. homil. 3. d. D. Bernard. Vbi suprad. e. ad Corin-
th. 14. f. ad Habreos 11. g. Luce 22. 31. h. Colojens. 3. i. ad
Rom. 13. k. o. dicit: Plenitudo legis est dilectio. K. l. Ioanna.
cap. 2. 16. l. ad Rom. 8. 23.

ASSERTVM TERTIVM.

Romanis Pontificis iudicium in rebus fidei decer-
nendis, sacris scripturis approbandis, damnati-
onis que hereticis infallibile, ab omni que er-
rore immunc agnoscimus, etiam quando ex-
tra generale Concilium definit, declarat, aut decernit,
semel nanque, quod uti vniuersalis Doctor, ac Magister
Ecclesie ex cathedra loquitur, ac docet impossibile est,
quod errorum, aliquid vel faltum credendum fidibus
proponat: idem indecretis morum, quæ materiam fidei
concernunt, assierimus: ac similiter in approbatione, ac
confirmatione Religionum, quoad substantiam status,
modi que ad perfectionem tendendi ex speciatibus re-
gulis, ac institutis ipsarum minime Romanum Præfule

posse effari contendimus:nec in Sanctorum Canoniza-
tione ipsius iudicium falli posse iudicamus,nec non sac-
rum,vt Sanctum , colendum vniuersali Ecclesiæ propo-
nere:idem que de Beatificatione dicimus:in his q̄ om-
nibus infallibile esse Vicarij Christi iudicium tatemur,
ac protius irreformabile,neque contentu Ecclesiæ vni-
uersalis,prout dicit cætum fidelium omnium , indige-
re:neque etiam Concilij generalis consensu,vt talia so-
lius Pontificis Romani ex cathedra diffinientis decreta
prædicta infallibilitatem fortiantur,ab omnibus que fi-
delibus vniuersaliter credi,ac recipi,seu obseruari de-
beant .Ita pertinet ad Romanum Antistitem super
Vniuersalem Ecclesiam supræma gubernandi potestas,
ac illimitata,vt tantum iuris diuini,ac etiam naturalis
adstringatur præceptis.Legibus vero positius,vt tali-
bus, nullatenus subest,etiam si à Prædecessoribus Roma-
nis Pontificibus intra,vel extra generale Conciliū sint
latæ: nec tenetur Romanus Pontifex semper positius
Ecclesiasticis legibus regulari, sed quando viderit expe-
dire,potest leges aliquas,seu canones moderari, vel ab
rogare, licet önes canones, aut leges abrogare simul
non possit.Similiter nouas leges potest condere,dum
modo diuinis,aut naturalibus præceptis non aduersen-
tur.Potest etiam priuilegia concedere,non tamen ali-
quem,vel aliquos à Sedi Romanae iurisdictione exime-
re: eodem iure queit Priuilegia à decessoribus concessa,
cum expedire viderit, reuocare,etiam si longissimi te-
poris consuetudine sint firmata,& tunc maxime,quan-
do supremè Pontificiæ obsint potestati,tum inque quæ
libet leges,vel statuta a quibus libet, siue communita-
tibus, siue Regnis, Regibus, aut etiam Ecclesiasticis Præ-
latis nullius roboris erunt,sicut nec contuctudines ubi
libet,etiam longo tempore protractas:nec contra obe-
dientiam Apostolice sedis: aut eiusdem prælationem
ylla potest valere prescriptio.

MVNIMENTA GLADIIS:

Philisthem valido lapidis i^ttu prostrauit David, male dicentem, sibi in diis suis: sic superbū de- trahentium animum Ecclesiaz supremus Pastor vali- diffissimo suaz Authoritatis firmissimo lapide proster- net; sicuti Bethlēmiticus Pastor dicens: cum Basilio Se- lenciaz orat. 15. male dicam inimi ornū linguam, victoria pignus tere. Etenim, ut Serm. 83. siebat Ambrosius, David hominibus videbatur fieri mis, sed gladiis diuī trah- erat armatus. Haud secus Romanus Pontifex gladium diuinitatis tenet, nec, quod in superbiente Goliath ap- pareat gladius officit: quin suo ipsum gladio detrac- ceret, cum ratio postulet, caputque à corpore politico diuidat, si mereatur caput, si infidum, si rebelle, si obs- tinatum, si incorrigibile ve persistat, quia licet gladius non habebat in manu David excurrerit; & stetit super Philis- teum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vigea sua, & ite fecit eum, praeceps que caput eius: quæ licet in Da- uid acta, supremi tamē Vicarij Christi Pastoris Eccle- siaz potestatem in laicarib[us] Principibus adumbra- bant. Iam igitur quid circa temporalia Romanus pos- sit. An tistes discutiendum venit, quamque potestarem in Reges, seculares que Principes, ac Magistratus exer- cere valeat: pro cuius maiori examine aliqua prius cō- ducentia breviter prelibare censuimus, antequam ad Gallicanaz declarationis resolutionem accedamus.

In primis ergo, & ante omnia faremus, testa- murque intentionem nostram esse tractare questio- nem absque iniuria Apostolicz sedis, vel Catholicorū Principum: nec nos latēdere vni, nec alteri parti suum proprium ius defraudari, etiam in minimo, sed tantum Propt̄ paruo nostro acumini veritas elucescerit, id, quod veritati magis consonum reperiamus, defendere, cum debita summissione: & sub correctione Romanaz Ecclesiaz, eiusque Apostolici verticis: cuiuslibet que melioris iudicij, ac sententiaz,

Supponendum igitur est i. aduersus Galinum, Petrum Martyr Brentium, aliosque Hereticos, quos refutat Bellarminus lib. 5. de Romano Pontifice. cap. 1. non pugnare cum verbo Dei, aut naturali iure principatum Ecclesiasticum simul, cum politico in uno homine residere, sicut i nunc Romanus Pontifex, & est supremus Ecclesiae Princeps, & temporalis Dominus absolutus patrimonij Ecclesiae in sibi subditis ditionibus, quod manifeste claret exemplis sanctorum, uti de Melchisedec legitur, fuisse simul Regem, ac Pontificem, Genes. 14. & Hebreo. 7. & de Moysi legitur haec duo munia obiisse, ut constat Exo. li. cap. 18. cap. 32. & cap. 40. Idemque legitur de Heli, & de Machabeis. Et ratus sua det: nam haeduo potestates non contrariantur, cum utra que sit bona, utraque a Deo, utraque iudicabilis, & consequenter cosa possibilis. Nec de hoc inter Catholicos dissidium esse potest.

Secundo etiam supponimus non parva litis esse inter Doctores Catholicos in explicando, an potestas quam Romanus Pontifex exercere valet circa temporalia extra Ecclesiae patrimonium, ditiones que illi sunt immediate subiectas, de quibus minime nunc quaestio exagitatur: certum est namque apud omnes pie sentientes summum, Romanum que Praesulem habere in illis supremam potestatem, iurisdictionem que temporalium, haud leges, ac Reges, temporales que Principes in suis proprijs regnis ac ditionibus, ut hetur expresse ex Innocentio 3. cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi. At dissidium inter Catholicos Doctores versatur in explicanda, inquam, tali potestate Pontificis circa temporalia, temporales que Dominos, ac Reges.

Alii, etenim aiunt Romanum Pontificem esse absolutum Monarcham, ac Dominum, ne dum spiritualem, verum etiam temporalem omnium Regnum, ac ditionum totius orbis directorem, & per se, ita ut Imperatores, siue Reges sint Vicarij ipsius, quatenus ipse a Christo

Christo Domino accepit uniuersale dominium et ministrum regnum, sic que ex parte Domini tantum habent auctoritatem, & iurisdictionem subiectam ad imperationem Summi Pontificis, ab ipsisque auctoritate dependentem. Huius sententia subscribitur Antoninus 3. p. tit. 22. cap. 5. §. 8. Sylvestrus verb. Papa q. 7. &c. à q. 10. Vixque ad 14. & vñd legimus q. 4. prope finem citatur quod pro ea Angelicus Magister lib. 3. de Regim. n. 2. Petri. Cap. 10. 15. & 19. 3. Bonaventura in 4. dist. 3. in expeditione litterarum dub. 4. & in lib. de Ecclesiastice Hierarchi p. 2. & 80 in opusculo de auctoritate Papæ ubi citat Petrum de Tarantasia, & Rainier. Subscribunt item plurimi alii, quos ne fastidio siarius emittere libuit, abundet. men eos refert Solorcanus de iure Indiatum lib. 1. cap. 22. num. 19. & deinceps tase.

Alii autem assertunt Romanum Pontificem nullam habere in aliorum Regnis directam potestatem, nec posse villa tenus dici Dominum temporalem extra patrimonium Petri, & Ecclesie, at tamē habere quedam quasi in directam dominium ex superiori potestate spirituali, quo potest id necessitate exigente, Reges seculares punire, non solum censuris, alij que Ecclesiasticis penitentiis adstringendo, sed si opus fuerit, usque ad depositionem regni procedendo, & vi, & armis expellendo cum alia non apparuerit via: hanc tententiam diuersis explicant diaconi: iam dicentes Romanum Pon-

tificem nullam habere temporalem super Reges, secu-

lares ve principes potestatem, sed quod, ex vi spirituali

domini potest ipso sic, quando supernaturalis fatus id

exigat compellere: iam dicentes alij quod Pontifex

habet, quidem potestatem temporalem in habitu, non ve-

ro in actu: ne tamē quod potest optimè ipsam ad actu

reducere necessitate cogente, in easu rebellionis Re-

gum, & quando regni spirituale lib. num. 18 exigit: alij

tandem explicant suam tentacionem exemplo Gladij, &

dicunt, quod Vicarius Christi virtusque habet gladium;

ted

Sed temporalē m̄ quasi in vagina constrictum, eumque solum posse eximere, quando ut dictum manet, id necessitas potaret pro his modis ascendi plurimi sunt sitatores, quos citat idem Solorçano loco iam dato num. 40. & toto illo cap. & sequenti, quos Consilio omittimus, quia non transcribere intendimus.

Horum ergo Catholicorum Doctorum post tantam in hac re explicanda diuersitatem, concors tamen omnium est iensus posse scilicet Romanum Prelatum id bono Ecclesie exigente tam Imperatorem, quam alios temporales Reges exiustis causis deponere, regnis que priuare, subditos que ipsorum à fideitatis iuramento absoluere: siue hæc potestas Romani Pontificis sit spiritualis, siue temporalis, siue habitu ad actū in his casibus reducibilis, siue actu semper. tamen solū tū exequēda, siue directa, siue indirecta, siue gladio materiali in vagioꝝ ecclūsio solū que tūc exercēdo, siue districto semper, tātum que ad percutiēdū, secundum que in illa occasione. Hi nanque, & si diuersi modi explicandi, haud officiunt nostræ resolutioni, dum modo, ut potest claram ex ratione possere fieri, omnes in unam Catholicam coadunentur de Romani Pontificis potestate iacentia: sed antequam illam probare accedamus declaratē audiamus circa hanc rem Gallicanum clerum. §. ergo 1. Si dicant Primum Beato Petro eiusque successoribus Christi Vicariis, ipsi que Ecclesia rerum spiritualium, & ad aciem salutem pertinentium, non autem ciuilium, ac temporalium à Deo traditam potestem, dicente Domino Regnum meum non est de hoc mundo, & iterum reddite ergo, que sunt Cœsaris Cœsari, & que sunt Dei Deo: ac pro inde stare Apostolicum illud, Omnis anima potestatis sublimi tribus subditabitur, non est enim potestas nisi à Dō, que autem sunt à Deo, ordinata sunt: Itaque, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Reges ergo, & Principes in temporalibus nulli Ecclesiastica potestati Dei ordinatione subjici, neque auctoritate clauis Ecclesia directe,

directe, vel indirecte deponit, aut illorum subditas eximi & fide, atque obedientia, ac praefito fidelitatis iuramento soluit. Posse eamque sententia publicae tranquilitati necessariam, nec minus Ecclesie, quem Imperio utilem, ut verbo De, Patrum traditioni, & Sanctorum exemplis consonam omnino recti. endem.

Hæc Gallicana declaratio lacienda, declaranda que duxit, quæ ut plenius cuertamus, falsitatemque profusus indicemus, quid sit Spiritualis potestas: quid vero temporalis, & quomodo distinguantur necesse est præmitere.

Potestas ergo de qua nobis sermo in præsenti non est potestas ordinis, siue etiam iuris dictoris in foro interno, sed tantum loquitur de potestate in foro externo; seu iurisdictione, publica vè potestate forendi leges cum vi coactiva, ut ad impleantur, quæ non solum dominativa sit, vti Patris respectu filij, viri respectu uxoris, aut Domini respectu serui, hæc namque potestas regulanter respicit priuatas personas, ordinarieque respicit bonum Dominantis: potestas vero iurisdictionis publica per se primo respicit communitatem perfectam, & bonum communitatis: per indeque maiorem, maioremque vim coerciuam requirit, est que ad ferendas leges necessaria, ut constat cap. cum accessisseut, & cap. cum in Ecclesia Sancte Maria de confiterut. & cap. Ecclesiæ rum, & cap. scilicet de maiorit. & obea, cap. dui sunt, & cap. bene quidem 96. dist. vbi etiā Canonistæ, & Legistæ. Barthol in l. omnes p. puli ff. de iust. & iur. in 1. quæ. Princip Anton. in cap. vit. de his - quæ sicut à prælatis, & Bald. in l. 1. ff. de iust. & iur. Item Theologici cum D. th. 1. 12 q. 90. art. 5. & 1. 2. q. 67. art. 15. clareque dœvit. Art. lib. 10. & hic cap. ult. his verbis Patribus præcepit: Vires non habet, neque necessitatem, neque nullius omni ominus: vivi, nighit Rex, vel aliquis talis: / ex autem ratione haec cogitatem, alijque Philosophi, & Patres. b. est ergo concordia, quod legis latuua potestas ad superiorema

attinet Reipublicæ gubernatorem.

Hæc vero supremæ potestas ius dicendi, seu ferendi leges bi partita est, seu duplex membrum habet; etenim cum leges positivæ humanae in duplice sint differentia. Aliæ enim sunt Ciuiles, illæ scilicet, quæ ad ciuitatis, seu regni politicam gubernationem, & ad temporalia iura tuenda, & in pace, & iustitia rem publicam conseruandam ordinauntur. Vnde semper Ciuiles Leges circa hæc temporalia bona, seu corporalia versantur. Aliæ vero Ecclesiasticae, seu Canonicæ, illæ videlicet, quæ ad supernaturalem finem diuinum cultum, animarumque salutem ordinantur. Has que aliqui non humanas, sed diuinas vocant, quia à potestate, à Deo specialiter data, deriuantur; attamen melius re attenta, humanæ sunt; cum immediate procedant ab hominibus: & clare constat ex cap. non debet extra de consanguinitate. & affinitate. Vbi Innocentius 3. expresse. humana statuta eas nominat. Vnde iuxta hanc omnibus certam legum diuisiōnem etiam diuidi exposuit legislatiua potestas, in Ecclesiasticam videiūt, & ciuilem.

Harum vero potestatum differentia ex multiplici capite est de su menda. Primo ex fine, non sicuti diximus fine utriusque legis distingui; Similiter distinguendum venit in fine harum potestatum. Et igitur legislatiæ potestatis ciuilis finis præcisæ naturalis, quia nullatenus limites naturæ seboni naturalis ultius transgreditur, ordinatur nanque ad pacem concordiamque, seu unionem hominum seruandam, ad id que per naturalia atque pro portionata media tendit, præcisæ intendens naturale bonum Reipublicæ intra suam lineam naturalem, ut politice, seu ciuiliter, & rationali modo a brutis distincto viuant, & in pace, ac amicitia conseruentur naturali; quod clare expræsisit Angelicus Praeceptor 1. 1. q. 99. ait. 3. dicens: Lex autem humanae principaliiter supie instituitur ad ordinandum homines ad iuicem, & ideo leges humanae non curuerunt alij nisi inspi-

tue & de cultu diuinis, nisi in ordine ad bonum commune humanum. Vnde, & sive verum sit, quod aliquando leges humanæ, conseq[uen]ter que temporalis potestas illas ferendi, possint conducere ad finem supernaturalem, quatenus accedit virtus, pravaque moderat[ur]. Qiones superius fini contrarias; hoc tamen non est ex primaria institutione sua, & ex proprio fine ciuilium legum, ut distincto a fine Ecclesiastice Legis, & potestatis sed quatenus imperatæ, & directæ runc per potestatem Ecclesiasticam, & ut exterius ordinata ad supernum finem. Vnde finis proprius cum ciuilium legum, cum talis ciuilis potestatis tantum est, ut earum metu humana coegeretur auditis, tutaq[ue] sit inter improbos innocentia. Et in ipsis improbos formis late suplicio refrenetur, ascendit facultas: ut habetur ex Isidoro cap. factæ sunt leges dist. 4. ex quo manifestum sit, quod, & si per ciuilem potestatem, legesque ipsius vitia prohibeantur, non tamen eo fine sit intrinsicè, & perse, vt conseq[uen]tur supernaturalis beatitas, nec naturalis alterius virtutis, quatenus ad singula individua Reipublicæ attinere possit, sed præcise intrinsecum, ac perse intentum finem esse naturalem felicitatem communitatis humanae perfectæ, cuius curam genit legislator, simul ac singulorum hominum ipsius, ut membra sunt talis communitatis, & hæc felicitas tantum sicut in eo, quod in pace, & iustitia vivant, & cum sufficientia bonorum, quæ ad virtutem corporalis commodum, conseruationem que spectant. Cuius ratio est; quia finis, & principium debent proportionari; ast principium hatum ciuilium, seu temporalium legum, seu potestas ferendi illas, non est quod odlibet individualium communiratis, nec aggregatio omnium individualium communitas tota sub illo ordine mystici corporis: ergo huic principio, seu talis potestatis subiecto debet finis proportionari. Tunc sic sed bonum connaturale huius politici corporis non extinguitur, vitra hanc vitam, ergo finis intinclus, ac per-

se intentus legum iatrorum ab hac potestate non extenditur, nec ad supernaturalem, nec naturalem alterius ritus beatitatem.

Idem que dicendum ducimus decimili potestate, etiam pro ut in Principibus secularibus Christianis reperitur nam, & si extrinsecè ordinari posit ab ipsis, statutum, seu lex ad supernaturalem finem, seu ad eternam beatitudinem non erit tamen talis ordinatio propria, & intrinsicia ciuilis potestatis, non enim potest mutari species potestatis ex eo, quod extrinsecè ipsi ad venit: cumque eadem sit ciuilis potestatis species siue sit in republica Christiana, siue in infideli, nequit mutari quo ad suum finem intrinsecam, ac per se intentum, vnde cum hæc potestas ex se sit temporalis, terrena, ac ad corporis præciis est atque nihil ex se, & intrinsecè potest ad spiritualia ac superna attinere.

Atque hinc manifestum oritur discrimen inter ciuilem, & Ecclesiasticam potestatem, hæc namque Ecclesiastica videlicet, ex fine, & medijs, quibus versatur, spiritualis, ac supernaturalis est: quod sic probatur: nam finis huius potestatis est æterna beatitudo, huiusque virtus: sanctitas, ac perfectio, per quas consequitur ait hæc maxima è spiritualia, ac supernaturalia sunt: ergo, & finis huius potestatis consequenter que ex fine, & medijs spiritualis, supernaturalis que erit: Mai. expresse habetur ex Nicolao Papa in Epist. 7: ad Michaelē Imperat. pro ut refertur cap. quoniam dist. 10, ibi namque inuit Pontifex Imperatores pro aeterna vita Pontificibns inaugere: quod ipsum reperitur cap. cum ad verum dist. 96. minore est per se nota, & consequentia legitima de inde quia Ecclesiastica potestas de qua loquimur est participatio potestatis Christi seu ipsa potestas Christi commissa Petro, & successoribus, in quantu necessaria est a regimena, bonum que Ecclesia sua, pro inde que clavis Cœlorum appellatur, ait potestas Christi super Ecclesiā suam præcipue ordinabatur ad finem su-

per naturalem, & ad hæreditatem Patris in æterna vita consequendam igitur Ecclesiastica potestas ordinatur ad finem supernaturalem, & spiritualem, per inde que ex fine, & medijs supernaturalis, ac spiritualis est, ex fine igitur different potestas Civilis, & Ecclesiastica.

Item differunt hæ potestates ex origine, seu causa efficiente: nam Ciuiis potestas est à Deo, ut auctore naturæ, cæterum non per actionem, vel concessionem distinctionem i creatione, cum non constet per reuelationem aliquam de tali concessione facta à Deo: unde solum data est hominibus hæc ciuilis potestas, per modum proprietatis consequentis ipsam naturam, ad modum quo, qui dat formam dat consequentia ad ipsam, ex eo enim quod Deus hominem fecerit animal sociabile rationis capax, aptumque, ut politice viueret, cōsequens erat, quod talis societati, seu hominum politice congregatiōni, dum semel vñiretur ad viuendum politicè, prouideret de potestate ad conservandam pacem, iustitiam, cætera que requisita ad talem vitam necessaria: perindeque talis ciuilis potestas est proprietas consequens illud politicum corpus, ex illoque resultans, quam natura/i quadam specula: hæc tamen potestas ciuilis secundum se considerata, & absolute est de iure naturæ, & a Deo, ut naturæ auctore modo explicaro, cæterum ut talis potestas ciuilis est specifica a thoma, v.g. Monarchica, aut Aristocratica, seu Democratica, tantum est ex libero hominum arbitrio: & ratio est, quia quilibet ex his speciebus regimini, & ex aliis pluribus, quæ ex harum trium mixtione possunt confici: liber potest eligi a qualibet perfecta communitate, aut republies, nec ad aliquam in particulaci ex necessitate naturæ renentur, cum quilibet ex his regimini species sit bona & eligibilis; Licet melior sit Monarchica: ex quo manifestum sit, quod electio cuiuslibet ex his speciebus in particulari, sit ex libero hominum sic eligentium arbitrio, & non de iure natu. x.

Ex quo recte inferas ciuilis potestatem quoniam in uno Principe reperiatur, non existere in illo iure naturae, sed legitimo, ac ordinatio iure à communitate manasse, ab illa que ad Principem, sive Regem derivata fuisse, seu per talis communitatis cessionem translatā fuisse. In illo talem potestatem, & ad hoc caput reduci debent omnia iura Regum, ut iuste, & legitimo iure posideant regna, sibi que subditas ditiones quæ secesserat communis est apud Iuristas in l. i. ff. de constit. Princip. & l. i. de orig. iur. ex quibus iuribus etiam constat. Idem habet Panormit. aliquo Canonistæ in cap. per venerabillem, qui filij sint legitimi, habetque D. Th. i. 2 q. 90, art. 3. & q. 97. Caietanus opusculo de potestate Papæ parte 2, & cap. 10. Victoria in propria de hac re relect alijs plures. Vnde licet in aliquibus Regibus, ac Principibus hæc potestas sit hereditario iure, vt in nostris Catholicis Hispaniæ Regibus accidit. & in alijs: tamen cum nullus sui ipsius heres possit esse, necessario deuenientem est ad vaum, quin non habuerit regnum, nec consequenter potestam iure hereditatis & cum alias non potuerit a se ipso regnum habere iure naturæ, necesse est dicere iupream illam potestam, regnique dominium à Republica accepisse. Idem que dicendum venit si Regnum acquiratur iure belli nā si bellum est iustum, cum res publica, seu regnum acquiritur ratione consensus, quem debet exhibere, vt in persona illius delicti, per quod iuste fuit bellum indictum, subscriptatur, & si libertas talis res publica esset antea, tamen debellanti debet parere, in illius que suam potestam transferre: si vero bellum in iustum sit nullū ius adquirit debellator, nec viam veram potestatem legis latuam, nisi post per sentum populi admittatur, vt Princeps, & ex tunc legitimam potestatem accipiet a republica, quod est integrum, ex quo manifeste constat, quod semper talis potestas Principis a republica originatur: nec obterit si dicas, quod aliqui Reges, vti Saul, & David immediate à

Deo

Deo acceperunt potestatem, nā hoc fuit extraordina-
tum, & supernaturale saltim quo admodum aicipie-
di, quo Deus potest vti pro suo superiori dcminio : at
verò iuxta communem, ordinariam que p[ro]videntiam
non ita accidit, vt manifestum est.

At Ecclesiastica potestas est quasi per sē infusa,
à Deo que immediate, vt auctore supernaturali collata
per actionem distinctam a creatione , & concessione
speciali, vti eontat ex allegatis locis minimis i. Vbi
probauimus fuis è immediate datam Petro a Christo
Domino , in quo talis potestas fuit quasi proprietas
manans ex hypostatica vnione , vnde discernitur hæc
Ecclesiastica potestas a ciuili per excellentiam , &
excessum originis, seu causa efficientis, quātum vno hy-
postatica excedit omnem humanam communitatem,
aqua, vt prædictum est, ciuilis dimanat potestas.

De inde etiam potest sumi discrimen harum
potestatum ex parte subiecti, nam cum talis ciuilis po-
testas sit tam quam in primo subiecto , vt probatum
est in humana communitate, a qua ad principes deriu-
ta est : Ecclesiastice vero potestatis subiectum primar-
ium sit Christus homo seu humanū verbum , a quo
deribata est ad Petrum, & successores Romanos Ponti-
fices, vt supra declaratū est: manifeste relucet , & effi-
cientia harum diuarum potestatum , excellentia que
Ecclesiastice supra ciuilē, quantum hic h[ab]em[us] Christus
quam liber rem publicam, seu communitatē. Alias
differentias tradunt Auctores in quibus eminet Eccle-
siastica potestas, videri que possunt apud Cardinalia Tu-
re cremata in summa Ecclesiæ lib. 1. cap. 90. vbi fuse.
Suarez de Legibus lib. 4. cap. 8.

Ex quibus iam habemus has potestates esse
dilinctas, & ad inuicem separabiles: per indeque Sum-
mi Pontificis potestatem esse distinctam, à potestate
Regum temporalium, vnam quaque independentem in
sus constitutione, esse que suum specificum, & essentia-

Ie ab aliis; per indeque Imperatores, Reges, vel alij temporales quicunque Domini non recognoscentes in temporalibus superiori, habere abolutam in potestatem supremam in cunctis; ea politici, & in ordine ad proprium iuris iussecum, ac verle intentum finem, iurisdictionem conseruationem Rei publicae modo explicato, consequendum. Idemque dicendum de Pontificis potestatate respectu successoris Petri, in quo primario residet. Quod omne conlat ex resse ex Gelasio Papa vti h[ab]et in cap. Duo sunt d. 96 sic dicente: *Duo sunt Imperator Auguste, quibus principiatur hic mundus regi, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas.* ergo haec dux potestates, supremæ sunt qualibet in sua linea, vel genere, & utr[um]que ab alia distincta, & id ipsum confirmatur ex cap. nouis de iudiciis, cap. cum ad verius dist. 96. & alijs pluribus in sua auctoritatis e.

His ergo ad plenioram declarationem positis pro nostra questionis intelligentia, sententia, seu prius error Gallicanæ declarationis affirmat Romanum Presulem, & consequentes neque aliquam Ecclesia sanctam potestatem habere auctoritatem iuxta Reges, aut te temporales Dominos in temporalibus, neque illos subesse potestati Ecclesiæ, aut ex aliqua causa deponi posse per Ecclesiasticam potestatem a suis regnis, aut dominis; quæ sententia fuit Caluini lib. 4. insit. cap. 11. & § 8. vique ad 14. Petri Martyr. in cap. 13. ad Roman. Bretri, in Prolog. contra Petrum à Soto. Mag. de burgenfium ac centuriatorum, ac vniuersaliter omnium huius ævi hereticorum, ut refert Cardinal. Bellarmius tom. 1. lib. 5 de Rom. Pont. cap. 1. tenuerunt etiam Guillielmus Ocham, & Ioannes Parisiensis, ac etiam Dantes Poeta Florentinus, quibus accetere Almainus tract. de supra potestate laica quæst. 3. & Ioannes Naios in 4. dist. 24. q. 3. concl. 3. quorum omnium Dux fuit Marsilius Pataquinus temporibus Ioannis 2. Pontificis Max. scribens ad Ludouicum Bauarum libellum cui defens

defensori pacis titulum facit uti reflectat eius Impugnator accertimur Albertus Pighius lib. 5. iuxta Hierarchia Ecclesiastica cap. 1. Nos vero Catholiconum omnium viam huic erroris oppositam fecientes, firmiter determinans Romanum Prætularem habere potestatem veram, & propriam coerciūam super Reges, Dominasque temporales, eos que cum causa haberit, posse priuare Dominis, ac regnois quibus præsumt siue iure hereditatis, siue belti iusti, siue Republicæ cessione, vel alio quo cunque humano iure talia regna possideant. Hancque assertionem rationibus muniant Angelicus Praceptor Opusculo 20 de regimine Principum lib. 1. cap. 14. & 15. & lib. 1. 10 & 11. & sequentibus alijs que locis: Item Noster Resolutus D. Bachonius in 4. quæst. 11. Prologi per totam, & præcipue art. 4. aliquique locis in eodem libro, quorum fundamentis, & nos Catholicam hanc veritatem fulcire intendimus tentorum Magistrorum vestigijs inhabentes.

Vt vero hanc Chatolicam veritatem radicitus manifestam faciamus: etiam præmitre necessarium erit, præter iam supra a tacta: quod stat optime unam communitatem ordinari ad aliam componendam, siue intrinsecè siue etiam extrinsecè, tum ordinatur intrinsecè, cum ad consecrationem intrinseci finis necessario eger alia maiori communitate pono exemplum familia quæ liber viri, uxoris, filiorum, ac seruorum, est quædam societas seu communitas, licet non plene perfecta, hæc autem communitas intrinsecè ordinatur ad aliam, nempe ad ciuitatem v. g. quia una sola familia quam tunuis copiosa non potest in se habere quidquid necessarium est ad sui conseruationem, pacem, concordiam, bonumque huius vitæ, quod claram videtur, si res necessaria ad humanam conseruationem attenuantur, tamen difficilium est, quod in una familia sint tot efficiētes ad singulas res per agendas, quæ ad seruum familiæ requirantur, nec sufficiens copia milium in ea

esse possunt ad sui defensionem , nec alia quæ facile si
perpenditur necessitas patefient , propterea ergo nece-
ssario familia ordinatur ad ciuitatem , ut ad inuicem fa-
miliæ aliquæ e subsidio sint alijs : similiter , quia nec una
ciuitas in se est sufficiens ad conseruandum se in ne-
cessarijs ordinatur etiam intrinsicè ad unam prouin-
ciam , & prouincia ad Regnum , in quo iam est sufficien-
tia , ut partes illius mutuo , ac sociabiliter se gerentes
protegantur , alantur , ac in necessitatibus ad iacentur , sic
que finem politicum ac temporale assequantur , nempe
pacem iustitiam , conseruationem , societatem que intra
hanc vitam cum sufficiente bonorum copia ad talem
conseruationem , ut supra dicebamus .

Tunc vero extrinsicè potest ordinari una com-
munitas ad aliam , quando talis communitas , & si in se
sufficiens sit ad sui politican conseruationem , tamen
propter maius bonum intra proprium suum maiorem
videlicet commoditatem , vel facilitatem assequendi
iplam , vel maiorem copiam potentiae , aut scientiae , aut
bonorum temporalium , seu aliud simile aliae communi-
tati æque perfectæ vel minoris , aut in ioti perfectionis
etiam intra proprium finem ad iungitur , ambæ quo
communirates , vel plures vniuntur in unum politicum
corpus maius , quam singulæ antea erant communita-
tes , ut patet quando duo regna distincta quorum quod
libet ad sui conseruationem sufficiens erat ; in unum
conuenient fab uno Monarcha , vel alio genere regimi-
nis , pro ut sibi bene viderint . Quod etiam fieri potest
propter bonum extra proprium finem politicum , uti
quando propter alterius vitæ bonum , nempe beatita-
tem a dipiscendam , unum regnum , vel plures politicas
repub' icæ sub uno Monarcha conuenirent , quia Christi
legeni accipere vellet . Sic que commoilius protege-
runtur ab infidelibus , vel securius ipsam conseruare
posse arbitrantur iam illæ res publicæ , seu regna illæ
extrinsicè ordinarentur ad compendium aliud cor-
pus

pus ex ipsis compactum, quia videlicet illud bonum, propter quod monetur seu delinarentur ad illud corpus a se distinctum, non esset proprium, ac per se intentum ab ordinatione propria illarum communitatum quatenus tales politicae communitates sunt, cum proprius ac per se intentus finis illarum esset tantum concordia, seu societas politica in qua tantum conservatio temporalis sub pace, & aequitate intenditur ab ipso aliquo respectu ad bona alterius vitæ, siue beatitudinis, ut explicuimus, quia scilicet politica societas tantum extenditur ad bonum communitatis pro praesenti vita ab ipso respectu ad aliam vitam, nec ad bona illius: per indequem quilibet ordinatio ad bona alterius vitæ erit extinseca ordini politico, ut tali, debet fieri a potestate distincta, seu per distinctam inclinationem, & ordinem excedentem proprium essentialē, ac per se intentum finem politiae humanæ, atque ciuilis.

His ergo positis prima supra affixa conclusionis probatio sic formatur. Nam Ecclesiastica Reipublica est Ecclesia Regorum, cuius institutum caput est Christus Dominus, qui absolutam, illimitatam que super ipsum a Patre aeterno accepit potestatem & iuper omnia membra, & singula talis regni Ecclesiaz, ut assequatur finis intentus a Deo institente tale regnum Ecclesiaz eterna videlicet beatitudine media perfectione, ac sanctitate huius praesentis vitæ per gratiam supernaturales que virtutes accipi senda: ast haec Christus in ordine ad hunc finem uniuersitatis, atque illimitata potestas (ut supra probatum manet) delegata, ac concessa fuit Petro, & successoribus Christi Vicarijs Romanis Pontificibus, ergo Romani Pontifices, & Ecclesia in illis, het illimitatam potestatem super uniuersalem militantem Ecclesiam in ordine ad beatitudinem medijs virtutibus, rectisque actionibus super naturalibus in hac vita exercendis, consequendam Maior constat ex sacra pagina primo ex illo Ialaz 9. super solium Davidi, & super regnum eius

ei⁹ sedebit ut confirmet illas, & corroboret in iudicio, &
iustitiā à mō. usque in seū p̄ternū, quæ de Christo in
Ecclesia regnante intelligit ibi Hieronimus: Idemque
Eusebius lib. 7. de demonstratione, & patet ex consen-
tu Lucæ 1. ver. 52. vbi Angelus de Christo loquens ait
dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius, & regna-
bit in domo Jacob in æternū, & regnabit in eis non erit finis
item Isaïæ etiam 49. 6. Ecce debite in lucem gentium. us-
q; salus mea usque ad extremum terræ. Et xplicans Epis-
phanius dicit firmiter sed et thronus in sancta Dei Ecclesia
in æternū. ego Christus Dominus tenet in Ecclesia su-
peremur tronum, ac potest atriū illimitatam ad confir-
manda omnia, & singula membra iſi sūs in iudicio, &
iustitia, vtque sit salus ierit salvator omnium filiorum
Ecclesie, ipsos que ad finem supernaturalem perducat:
etiam cum coecius potestate ad panierum deuian-
tes, ipsos que reducendum ad viam fidei, & iustitiae,
&c patet consequentia quia alias non esset plena
Christi potestas nec tatis prouisum esset Ecclesia de
medi, & ad dirigendos fideles in viam æternæ salutis.

Openditur etiam maior alijs etiam scripturæ
locis, quibus Christi suprema prædicatur potestas in
Ecclesiæ regno: Itaç a erit in nouissimis dubiis præpara-
tus mons Domini in vertice montium, & eleuabitur super
culles, & finient ad eum omnes gentes, & ibunt populi mul-
ti & dicent ascendamus ad montem Domini. & addomum
Dei, Iacob pene que idem Michæas cap 4. ast hoc nequit
plene verificari de monte materiali, fatuum enim esset
intelligere montem eleuari localiter super omnes co-
lles, ego spiritualiter est intelligendum de monte Syon
idest Ecclesia Dei, & regno Christi, cui innumerabilis
multitudo credentium regnosum ad iungenda erat
sub uno capite, & Rege Christo iuxta illud Psalmi 110.
convertentur ad unum in ephesi terræ, & adorabili
quibus claret satis mentem Clementis non fuisse abrogare sui prædecessoris definitionem, etenim, cum ait, quod oī sua manent, sicut antea manebant; est dicere, quod omnia, sicut semper tenuit Ecclesia, quod omnia membra ipsius, sive Reges sunt, sive quicunque aī Domini, subdita sunt capiti, ac Vicario Christi scilicet explicato, ita nanc debentesse; licet non iuxta similitatem intelligentiam, qua Bonifacij verba in alienum, oditum que de torquebant sensum Galli, ut retulimus. Quod ipsum magis patet, si perpendantur Bonifacij in allegata extravagati rationes, quae nullatenus infirmari possunt, si quidem clare deducatur ex sacra pagina, traditione que Ecclesia, ac Patrum doctrina, quibus repugnare Clementem, sive contradicere, nullus credere audebit. Deinde quia prædictus Bonifacius Pontifex tamquam de fide resolutus, ac determinat ibidem hanc questionem, ut constat ex relatis verbis declaramus, definiimus, & pronunciamus. Aut, ut quæstione antecedenti concordamus, nullus Pontifex potest ea, quæ in materia fidei & præcessoriis de cœta sunt, abrogare, sive reuocare, nam hoc ipso, quod iam sunt declarata, tamquam fidei tenenda, auctoritate, ac infallibilitatem diuinis testimonijs includunt, ut quod nulla est in Romano Pontifice poteris, ergo nullatenus potest dici, clementem præcessoriis suis decretis reuocare intencisse, cū hoc libi non lieuisse, neccesse sit illum optime conscientem fateri, vnde ruit funditus euasio aduelariorum. Bonifacij que citatus texus in suo rebore permanet ab omnibus fidelibus recipiendus, ac firma fide venerandus.

Probatur iterum Catholica haec veritas pluribus alijs suorum Pontificum oraculis; Nicolaus a. etenim scribens Mediolanensis, ut habetur cap. omnes a. d. ait. Illam, id est Ecclesiam, sicut ille fundauit, & suopram fidei mox na]cen i] erexit, qui B. Petro aeterna pura clavis ergo terram fundul, & celestis In perij iura commis- fit. Igitur Petri successor Pontifex Romanus ius, ac po-
tentiam

potestatem accepit a Christo Dominis non solum supra
 celestia, seu spiritualia, verum supra terrena, ut ad illa
 ordinata, seu ordinabilia: ac per consequens nedum su-
 pra alias potestates Ecclesiasticas, sed etiam supra tem-
 porales Reges, ac Dominos, ac supra ipsorum dominia,
 & editiones. Quod ipsum ibidem confirmat glossa sic est:
 argumentum, quod Papa habet virumque gladium, sive spicula
 ritualia, & temporalia. Unde idem Pontifex in Epist.
 ad Episcopos Galliarum, pro ut haberetur cap. auctoritatem
 l. 5. q. 6. haec dicit. Quoniam etiam prefato fratri nostro, filii que
 trahuerent Ecclesiae, illius que defensoribus haec in mandatis
 damus: ut spirituali simul, & materiali gladio tandem malis
 gnos illos, eorum que fauores in se quantur quo usque que cum
 integritate p[ro]fici i[n]nes, vel que cumque res Ecclesiastica hoc
 facto, vel quocunque pacto distracte, seu direpta sunt, revo-
 centur. Ergo ex prescripto, seu mandato Romani Pon-
 tificis potest Ecclesiae minister bellum mouere asuerus
 rebelles, ipsos que materiali gladio puniri facere: quod
 ibidem declarat glossa super vbo materiali dicens. Argu-
 mentum, quod index Ecclesiasticus bene potest indicere bellum
 & in bello insequi hostes. Sed hoc sit vi potestatis in tem-
 poralia, ergo Ecclesia, & consequenter ipsius Hierarcha
 Romanus Antistes potestatem temporali super omnes
 fideles, ubi bonum spirituale intercedit, exercere valet,
 conitatur que hoc ipsum cap. Si Imperator 96. d. vbi Io-
 annas Papa sic alloquitur: ex Dei ordinatione omnes sancti
 potestates Ecclesiæ debere esse subjecti s. cap. Dico hanc ead.
 d. cap. quamvis d. 22. cap. quoties 2. 4. q. 1. cap. quis dabit
 96. d. & alibi. Probatur itidem Catholica assertio nostra
 rationibus Refol. Doct. N. Iohannis de Bachone in cito-
 to 4. lib. sentt. q. 10. prol. art 4. quarum 1. ad hanc for-
 manu reducimus. Potestas explicata per signum uniuersi-
 tale distributium ad omnia se extendit, tam spiritualia
 quam temporalia, ad omnes que personas, nulla ex-
 cepta, siue Regalis, siue cuiuscumque existat dignitas:
 aut potestas Petri, & successorum Romanorum Pontia-
 Cce. cum-

com. sic explicata est a Christo D. dicente. Qued. cunq[ue] ligaueris, &c. ergo potestas Romani Pontificis ad omnia se extendit siue spiritualia, siue temporalia. Mai. est certa nam signum vniuersale distributiuū importat omnia contenta sub ipso, sed ubi omnia importantur, nec aliqua sit exceptio, datur extensio ad omnia: ergo, &c. Min. etiam liquet, nam illud signum quodcunque distributiuū est, requirit enim de singulis verificari, vt si dicas quod cunque alium est disaggregatum visus, falsa erit propositio, si aliquod album in singulari disaggregatiuum non sit: ergo cum dixit Christus quod cunque ligaueris; vniuersalem potestatem super omnia concelsit Petru, ac successoribus in ordine ad regimen spirituale que vniuersalis Ecclesie bonum, siue omnium fidelium congregatio[n]is: per iudee que super Reges etiam, & super ipsorum regna: quo etiam sensu predicta Christi verba intelligit innocentius 4. in Concil Luggdun. vt habetus cap. ad Apostolicē de sent. & re iudic. in 6. §. nos itaque sic loquens Nos ita que super premissis, &c. cum Iesu Christi ritus, licet in meriti teneamus in terris, nobis que in B. Petri persona sit dictum. Quod cunque ligaueris sup. terram, ligatum erit, & in calis, memoratum principem, &c. onani honore, ac dignitate priuatum a Domino ostendimus, denunciamus, & nihilominus sententiando priuamus, &c. constat ergo ex textu Christi iuxta Innocentij interpretationem potestatem super temporalia, temporales que Principes Petro, ac successoribus fuisse commissam, ubi causa sub est, exercendam.

Secundo probat idem Ressolutur. D. nostram sententiam argumento sumpto ex Ostiensi super cap. Per venerabil[m] qui filij sint legitimi, in hunc modum. Qui prae est legi fortiori, ac superiori, trahit ad e[m] omnē iurisdictionē, & potestatem legis inferioris, ac minus fortis, sed lex. in qua Romanus Pontifex præsidet, nempe lex diuina est fortior, & superior emoi lege humana, ac temporali; ergo Romanus Pontifex in quantum Ecclesi-

ha suprenus Præses , ac index trahit ad s e , id est su-
 perior est , omni legi humanae , ac ciuili , siue temporali , in-
 cludit que in sua potestate omnem potestatem Regnum
 temporalium modo explicato , ac per consequens est
 super illos . Maior est certa , amplius que expenditur .
 Nam , qui habet , quod maius est , habet etiam , quod mi-
 nus est . & etiam quia temporalia accedunt animae , non
 vero e contra eo praecesse , quod anima & spiritus in su-
 periori linea existunt . Min . etiam est manifesta , tum quia
 subiectum immediatum , ac proximum diuinæ legis , in
 qua præsidet Papa , est bonum animal : & subiectum legis
 ciuiis , ac temporalis , ut supra notauimus . sed borum re-
 porale , & intra limites naturæ , intra hanc vitam sed ba-
 num spirituale , ac animæ proprium , finibile que in vita
 æterna superius est , fortius que mouere aptum , quam
 sit quodlibet bonum temporale : ergo lex diuina per
 quam , & in qua præ est Rom . Pontifex superior , ac for-
 tior est qualibet ciuili , & humana lege . De inde quia
 lex diuina , ratione cuius Pontifex in Ecclesia præsideret ,
 est supra naturam , & omnino præter ipsam ; sed qui pia
 est in his , quæ sunt supra naturam , præ esse etiam in
 omnibus , quæ naturæ sub sunt , est necessarium : ergo cū
 lex , potestas que ciuilis , ac temporalis subsint naturæ ,
 quatenus in illa fundatur omnis ratio legis ciuilis , ne-
 cessere erit Romanum Præsulem superiorem habere po-
 testatem , etiam super ciuilem politiam , legesque ciuiles ,
 ac potestatem illam ipsarum conditiam , in quantum ,
 Ut semper intelligamus , respectum , ordinabilitatem que
 important ad finem diuinæ , ac supernæ legis , nempe spi-
 rituale , ac incommutabile bonum : mai. patet nam ad
 eandem legem attinet primatus , ac præsidentia Roma-
 ni Præfalis , ad quam pertinent Incarnatio , Passio , ac
 Resurrectio Iesu Christi D . N . cum per ipsius cræcim ,
 mortem , & passionem fundata sit Ecclesia in lege gra-
 tiae : sed hæc omnia pertinent ad diuinam , supernamque
 legem : ergo lex per quam , & in qua Romanus Antiques
 præ .

præsidet Ecclesiæ super omnem naturam est, & omnino
præter ipsam: & consequenter trahere debet ad se omnes
temporalem, ciuilem que potestatem, itest superior ip-
sis debet existere, ad directionem in præstantiore finem
cum vi coactiva ad remouendum impedimenta, & ad
compreßendam rebellis quo cumque per oportuna me
dia quælibet ad hoc, ut non denient, sed accedant fini
proprio Ecclesiastice & spiritualis potestatis. Viterias
comprobatur, quia lex assimilatur legislatori: sicut filius
assimilatur Patti; sed lex diuina habet Deum legisla-
torem: igitur ipsi assimilari debet: omnia sunt certa, tunc
sic, sed Deus est omnium Dominus, ipsi que omnis po-
testas, tam spiritualis, quam temporalis subdita est; ergo
lex diuina, & Christi, per quam Papa præsidet Ecclesiæ,
est super omnem legem temporalem ac ciuilem, ac con-
sequenter ipsè Romanus Pontifex, ut pote Christi Vi-
carias est superioris potestatis, quam omnes Reges, ac
temporales Principes, super que ipsos, ac eorum ditiones,
& regna in ordine adoptionis et republica Chris-
tianæ, sive Ecclesiæ Dei finem; & sicuti Deus ipse legislator
vnum est, cui omnes subditos manere est necesse;
ita similiter lex diuina superior omnibus legibus vnius
est visibilis que Iudex Ecclesiæ vaus, cui omnes alij
subditi, cuiuscumque conditionis ac dignitatis existat,
sive Reges, sive Principes, sive alij qui cumque Domini
temporales.

Amplius ex ipso Doctori reboratur hæc veri-
tas, nam uniuersaliter in omni causa dubia Pontifex ha-
bet iudicare, vt late probat Innocentius 3. vt habetur
cap. per venerabil. m, qui filij sint legitimi: ubi alia ad in-
tentu fatis commoda allegantur. §. Rationibus tandem ex
Deuteronomi. 17. hæc intexit. si difficile, & ambiguum
apud te iudicium esse perspectris inter sanguinem, & sanguinem,
causam & causam. I. pram, & lepram, & iudicium in-
ter portas videtur variari, veniens ad sacerdotes levitati ge-
neris, & an judicem, qui fuerit illo tempore, qui indicabunt
tibi.

tibi iudicij veritatem, & facies quæ canq[ue] dixerint, qui
 presunt loco, quem elegit Dominus, sequeris quæ eorum
 sententiam. Et iterum ibidem vers. 1a. textus. Qui autem
 superbierit nolens obediere sacerdotis imperio, quies tempore
 ministrat Domino Deo tuo decreto iudicij morietur. Ex qui-
 bus verbis per locum à minori sic explicatur vis exten-
 sis Pontificis. In lege veteri, siue in synagoga ad iudicium
 sacerdotis pro tempore in Dei domo præsidentis deca-
 cendæ erant omnes cause dubiae populi, seu in quibus
 iudices laiculares determinare, erat difficile, aut ambi-
 gua determinatio exibat: sed in lege gratiæ, & Christi
 maioris auctoritatis, potestatis que est sacerdotium, po-
 testas que Romani Pontificis vice iphus Christi D præ-
 sidentis in uniuersali Ecclesia Dei: ergo ad ipsum neces-
 sitas attinere est fatendum omnia dubia, ambigua que
 resoluere, vbi deficit temporalis potestatis resolutio,
 seu determinatio. Tunc sic, sed in pluribus deficit tem-
 poralis potestas præcipue, cum aliquo modo causæ ci-
 uiles spectant, seu concernant materiam spiritualem si-
 uè ad supernaturalem finem conducentem: ergo tunc
 necessarius erit recursus ad spiritualem supremam que
 Ecclesie iudicem, & ad ipsius auctoritatem, cui stare
 erit de necessitate salutis, cuiusque resolutionem sequi-
 ac ipsius iudicio gubernari: alias rebellis, contumaces
 que sacerdotis, qui per Apostolicam Romanum Ponti-
 ficem athonomastice supponit in lege gratiæ, imperio,
 ac determinationi severissima punitione Dei non totum
 in hac vita, sed in eterna preparabitur, ut constat ex re-
 latis Dei termonij verbis: decreto iudicis morietur. Con-
 firmaturque, nam iudicium inter sanguinem, & sanguineum
 est iudicium ciuile, vi cum communione pretium
 torrente exponit Bachonius N. iudicium vero inter le-
 prim, & leprim est Ecclesiasticum, vi potest præcise se
 peccato quatenus Deo opposito: iudicium vero inter
 causam, & causam mixtum est, pertinet que ad utrum-
 que forum Ecclesiasticum sit, aut laicale, seu ciuile:

sed in his omnibus dubiorum, seu difficulter resolutio pertinet ad iacerdotem supremum, iusta allegatum locum: ergo quia apud ipsum residet potestas, & iurisdictio continens vim utriusque potestatis, spiritualis vide-
lacet, ac civilis, ac per consequens lequitur evidenter,
quod in ordine ad finem supernam, & spirituale, ut semper intelligimus, summi iacerdotis Romani. s. t. Pontificis potestas superior manet omni creatura potestata, tam
spirituali, quam civili. Quod ipsum magis apparet, cum
Christum D. constet delegasse omnem potestatem Pe-
tro Vicario suo, & in ipso omnibus Romanis Pontifici-
bus successoribus in eadem dignitate, at Christus tem-
poralem exercuit potestatem iudicans in causa sanguini-
nis, quando Petru iussit gladium mittere in vaginam,
in causa criminis quando adulteram absoluit, in causa
civili quando sententiauit dicens reddite, que sunt Cesa-
ris, Cesari: ergo similem potestatem, ut pote ad univer-
talis Ecclesie Monarchicum regimen necessariam, suo
Vicario reliquiss: fas non erit in controversiam trahere. Vnde recte concludit Bachonius N. Rom. Pontifi-
ci subesse omnem ciuilem potestatem, ipsiusque impe-
rio teneri obedire Reges omnes Christianos, in ordine
ad pacem inter se conservandam, ut pote oves gregis
Dominici iuxta illud: si et unus ouile, & unus Pastor, qui
est Petrus, & successor Romanus Antistes, cui compai-
illæ sunt iuxta illud Christi Pastor oues meas, &c. Vnde de
Christo ipso dicitur Psalm. 71. Ubi iudicium tuum Regi, &
in fili ium tuam filio Regis, iudicare populum in iustitia,
&c. & sequitur. Alorabunt eum omnes Reges terre: ergo
vniuersaliter omnes Vicario Christi in iudicis suis de-
bent obedire, tamquam vii ipsius vices gerenti, qui Ma-
rth. vlt. de se dixit: data est mihi omnis potestas in Celo, &
in terra cuique commissum punire Regum peccata, vi
expresso habetur Psalm. 2. de ipso canente. Postula a me,
et dabo tibi regni hereditatem tuam, & possessionem tuam
terminus terrenus: quibus adiicitur, & nunc Reges intelligite,

Et ac postea seruite Domino in timore, id est, alias ab illo
 puniemini, ut explicat sequentia: reges eos in verga ferrea.
 Ex quibus omnibus extrahitur brevis haec ratio, de
 Christo Domino prophetauit Regius Psaltes quod in
 causa delicti orbem uniuersum iudicaret, ac puniret; sed
 hoc non executus est per se ipsum, ut patet ex ipsius
 gestis apud Euangelistas: ergo hoc excere debet per Vi-
 carium suum Romanum Pontificem. Mai. condit ex
 allegatis. Mi. probat Bachonius, quia Christus teneba-
 tur seruare ordinem iustis prescriptis Patre iuxta ipsum
 dispositioem: sed dispositio Patris erat, quod lex filii
 suorum obligaret usque ad sufficientem Euangeli pro-
 mulgationem, que fuit post Christi mortem, re urec-
 tionem, atque in Cœlos ascensionem: sufficienter com-
 pleta: iuxta illud: in omnem terram exiuit sonus cornu,
 in finibus orbis terre verba eorum, quo textu idem probat
 Apostolus ad Rom. 10. verf. 18. ergo Christus per se, &
 in se dum in nobis habitauit, non ad implevit Davidis
 vaticinium, & consequenter, in Vicario suo Pontifice
 Romano adimplendum erit, quare resolutorie est dicen-
 dum, quod in quantum attinet ad spirituale bonum si-
 ntemque uiuersalis reipublicæ Christianæ seu Ecclesiæ,
 Christi, omnes seculares potestates Christianorum
 Principum subiectæ sunt Rem; Præsuli, Dei Vicario, ac
 Petri successor, ipsisque de necessitate talantis obedire
 tenet, firmatur quoque veritas nostræ assertiois ex in-
 concusa Ecclesiæ praxi, etenim Romani Pontifices sa-
 pe hac usi sunt potestate, Imperatores, Reges que depo-
 nendo a proprijs regnis, quando expedire cognoverunt
 ad commune Ecclesiæ statum, pacem, & tranquilitatem,
 que quia historicæ sunt, satis que nota transcribere re-
 culeramus, constat que Grægorium 2. totam Italiam à
 Leone Imperatore recedere fecisse ut ex Theophane re-
 fersit Baronius ad ann. 730. n. 3. & 4. Grægorium que 7.
 Henricum 4. ab imperio, & regno de posuisse, quod sibi
 licuisse probat ipse Pontifex multis rationibus lib. 8.

reguli Epist. 21 quod etiam cum Boleslao Poloniae Re-
gificissimè constit. Innocentius 3. Othonem, ac postea
Fridericem. Innocentius 4. imperio priuauit. Clemens
6. de iecit Ludouicum Bauarum, Carolumque 4. insti-
tuit, seu eligi mandauit. Zacharias Chilericum depo-
suit Galliae Regem. Pipinum ipsius loco substituens, ut
habetur cap. *alius* 15 q. 6. refert que Baronius ann. 751.
vbi etiam depositionem Lothanij auctoritate Episcopo-
rum facta narrat. Bonifacius quoque 8. Philippum pul-
chrum Galliae Regem regno priuatum declarauit. alios
que plurimos de quibus agit Thomas Bozius de signis
Ecclesie Dei lib. 17. cap. 3. & 4. alij que plures grauissimi
auctores, omni que fide spectabiles. Ac denique constat
ex Bulla Max. Pontificis Alexandri 6. data Romæ apud
S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1493. 4. Nonas
Maij Pontificatus sui anno 1. quæ incipit. *Inter cetera*
Divitiae Miseritatis placita in qua Catholicis nostris
Regibus Ferdinando, & Elizabethæ ex certa scientia, &
de Apostolice potestate plenariae nouiorbis Provincias,
quas Indiatum vocant, ibi que expressius recententur,
concessit auctoritate Omnipotenti. *Divi*, sibi in Beato Pe-
tro concessa, ac Virtutis Iesu Christi, qua fungebatur in
terris. Ex qua Alexandri donatione firmissimum ius In-
diaram doctissime commoneit Solorzanus competere
nostris Catholicis Hispaniae Regibus, toto suo illo spe-
re. Indiatum iure, & præcipue tom. 1. lib. 2. cap. 24.
pro quo in anterioribus capitibus fute ad iungit selec-
tissima argumenta pro Romani Pontificis supra tempo-
rales Reges, ac Regna potestate, pluribus iuris canonis
bus ac legibus, nec non Conciliorum, Pontificum patru-
que, atque Auctorum sententijs illustrata, a quo non pau-
ca Recentior quidam mutuabit nuperime, ut videre est
in sua Eurythmia Pontificali Complutiano præteri-
to 1683. excusa.

Nec defluunt fundamenta in Concilijs ad evincē-
dam hanc super Reges, Christianos que Principes Romi
Ponti-

133

Pontificis potestatē: etenim praeter Lugdunense, vbi, ut
dictum manet, Innocentius & Fridericum depuluit
approbante, ac cōtentiente Concilio: Etiam Lateranen-
se sub Innocentio, eandem supponere videtur potesta-
tem cap. 3. his verbis: si Domini a te per illi monitus ab
Ecclēsia terram suam purgare neglexerit ab heretica fadita-
re p. r. Metropolitatum excommunicetur. Et si sacerdotes
glexerit intra annus pugnacetur hoc summo Pontifici, ut ex
tunc ipse vass. Il sacerdotis fidei irate deinceps absulitos, &
terram exponat Catholicis oec pāndam: nihil clariss., ut au-
tem declararem Gallicanum Clerum, tuis met iculis
imperere possimus, eandem nostræ Catholicæ affectio-
nis veritatem, praxi Constantiensis concilij, in quo tantū
ipsi Galli habuerunt, cōprobata reperiamus. Etenim a
less. 20. contra Fridericum Austriae cūsem agit in causa
super spoliatione tam ciuitatis Tridentinensis, quam alii
quoniam oppidorum possessionum, ac iurium ad taliem
Tridentinam Ecclesiam, & eiusdem Episcopum pertinet
nō, factam temere per ipsum Austriae ducem, ut vbi
plexius referrut in decreto monitoris, in quo etiam sub
grauiissimis pānis ipsi prēcipitur restitutio prædictorū,
In iudicium que citatur ad concilium p̄fixo compa-
rendi termino, ut constat ex less. 27 & 28. ei. si em Cons-
cilij in quibus processus actorum contra prædictū Du-
cem referuntur, sententia que in ipsum lata ex quibus
manifeste constat residere in Ecclesia potestatem coer-
ciuam super temporales Principes. Deinde etiam legi-
tur in Buta Martini 5. quā incipit iuter cunctas data cōs-
tantiae & Kal. Maij Pontificatus sui anno 2 in qua errores
Vinceti, & Ioannis Hus damnantur. Ibi in quam legit-
tur, quod Pontifex sacro approbante concilio prēcipit
Archī Episcopis, Episcopis, alijs que Ecclesiasticis vniis
ad hoc munus de puratis, quod Imperatorem, Reges,
Principes, alios que ten. porales Dominos moneant, re-
quirant autoritate Apostolica, & iuxta iuris formam,
& exigentiam, ut a suis ditionibus, ac dominis, in excesso
Ecc. sus-

suspectos, ac comprehensos in predictis hæresibus expellant; alias fautores, receptores vel talium, ac similiam predictam auctoritate etiam per excommunicatis, &c, nec non priuationis honorum, & dignitatum secularium: paenam puniendos, dominat, ut ibi latius exprimitur. Ergo iuxta praxim Constantiensis Concilij Galli negare rationabiliter neque vnt residere in Ecclesia potestatem in temporalia, supra que temporales Dominos, sive Reges, sive Imperatores, ac supra ipsum regna, dominia, & ditiones: vel manifeste sibi coatra dicunt, cum constantiensis concilij determinationes firmissime tenendas affirmant, atque has obstinate negant. Pluribus alijs iuriis textibus comprobare hanc assertione de potestate Rom Pontificis circa temporalia possumus, breuitatis verò causa omitimus, vide in remissionibus litt. C, vbi etiam Fætres, Auditores que pro nostra veritate certantes ex parte afferemus.

Plura licet argumenta opponant contra prefixam veritatem aduersarij, tamen, vel quia sufficientissime soluta reperiuntur in auctoritatibus, ex praicta etiè doctrina faciliter evanescunt, vel quia Gallicana declaratio per pauca insinuat, que nec multam operis ad sui disputationem exigunt, breuiter per transibimus. Sit ergo prima ipsorum argumentum. Romanus Pontifex solum eam potestatem exercere potest in Ecclesia Dei, quam accepit a Christo D cuius Vicarius est: sed a Christo non accepit potestatem ullam in temporalibus, nec super temporales Reges, aut Dominos: ergo falsa est assertio nostra. Mai est certa, cum Vicarius tantum possit quod principalis commisit, ut certissimum ex iure constat. Min probatur nam solum eam potestatem exercitio reducibilem Christus commisit Petro, ac successoribus, quam ipse dum hominibus conuersaretur exercuit; aut exercere posse monstravit: at nullam temporalem: ergo nec commisit: Probatur mihi ex verbis Christi per Ioann. cap. 18. vers. 36. Pilato respondentis, sibi objicienti quid fecisti?

fecisti? Regnum meum non est de hoc mundo. Sed , ut supra statuimus, temporalium potestas est de mundo hoc , ab hominibus que, ut communitas quadam sunt, ac uti corporis politicum constituant determinatur, quatenus tale corpus sibi caput constituit Regem , cui tuam potestatem, ac auctoritatem commisit; ergo in regno Christi , eius que potestate, temporalium regimen , iurisdictio vero in temporales Reges , & Dominos nullatus incleditur, ac per consequens, nec in Romani Pontificis facultate, seu iurisdictione temporalium potestas existit. Confirmaturque obiectio: tum frequenti Patrum intelligentia exponentium, quod ipius regnum non erat terrenum sed Coeleste, non quale Cæsaris, sed de spiritualibus curam agens: ita Cyrillus N. Alex. lib. 1. in Ioann. cap. 10. Christosth. homil. 82 in Ioann. August tract. 1. 15. Epiphanius hæret. 29. & Hieron. Ierem. 22. & Zachar. 6. quorum verba brevioratis causa omittimus. Tum etiam, quia ut canit Ecclesia Christus non eripit mortalia , qui regna dat cælestia: at si Christus haberet temporalium dominium priuaret Reges suo domino, ac potestate; ergo, &c.

Respondeatur ad argumentum ex N. Bachonio lococitato art. 3. fine concessa mai. negando minorem, ad cuius probationem concessa etiam mihi vel omissa quo ad primam partem ac similiter omissa mihi negatur consequentia: ad cuius probationem ex verbis Christi relatives distinguenda est mai. Christus Dominus dixit regnum suum non esse de hoc mundo, hoc est, ex hominum commissione, seu cessione potestatis sibi ab illis commissa, est verum; non esse de hoc mundo, id est, non includere potestatem dominatiuam in temporalibus ac terrenis, nec de illis iure posse disponere, pro ut sibi videatur ad spirituale bonum conducere, est omnino fallum: vel etiam Regnum suum non esse de hoc mundo , scilicet Christum temporeale commodum, diuitias, aut faustum temporalium Regum non querere, concedimus: non esse de hoc mundo, quo ad proprietatem actus potestatis

tis disponendi de temporalibus modo explicato, negamus Itaque licet Christo Domino, in quantum homini, pro ut ilud compositum, & hic homo ratione filiationis Diuinæ, ac donationis Patris, pluribus que alijs titulis, de quibus supra, competenter ius excellentissimum, ac superius omni temporali potestate, super Reges, & regna, temporalia que omnia, ut ex sacra pagina non semel iam conculcimus: quia tamen præcipuus finis sui ad ventus redemptio fuit humani generis, liberatio que ipsius a peccati servitute, per passionem, mortemque ipsius consequenda, in quibus eluxit amor, humilietas que ipsius, fastum regium, terreneque bona despedxit, nollens illis vti, vt pote tunc parum conductentibus immo obiantibus intentioni suæ: non verò ex hoc colligi debet Christum caruisse tali iure in omnia creata, nec quod illo se abdicauit, seu ipsum habuit pro debetio, ac per consequens, nec insipicari hec, quod tale ius non potuit delegare Petro, & successoribus, ad hoc, vt illo vterentur quando curque ad suæ Ecclesie rectum regimen, administrationemque expediret: quod patet ex verbis ipsius in eodem capite replicæ Pilati ergo Rex est tu? respondentis sic tu si. quis Rex sum ego. ex quibus aperte constat Christum non negasse sè Regem esse, sed potius affirmasse: sic que Pilatum ex tunc ipsum vti taliter cognovisse, vnde dixit Regem vestrum crucifigam? cap. 19. ver. 15. in titulo que causa affigi iussisse Iesus Nazarenus Rex iudeorum. vti ibid. ver. 19. quod que ipsum constat pluribus scripturarum testimonij. Matth. ultimo: Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra, & alibi ut supradictum est. Ad primam confirmationem ex Patri intelligentia dicimus, Patres locutes fuisse iuxta sententiam a nobis traditum.

Etenim minime Patres negant ius ac dominium Christo D. in temporalia, temporaletque Reges, ac Dominos; sed tantum dicunt, ipsum non venisse in mundum, vt indicaret mundum, ita ad falsum ad ipsum, hoc

hoc est, quod principale opus Christi in terris de gentia fuit humana salus, non vero dominari, aut Regere. Principem vel universorum se ostendere, licet iure posset facere, omnibus que terra Regibus excelsum, ac superiorum se monstrare, attamen te exinanivit formam scui accipias, humiliis que mundo apparet, quamvis in re omnium Dominus dominantium, Rex que Regum. Ex quibus etiam patet ad hanc confirmationem, namque Christi regnum Caelestis ac superiori titulo, quam sicut terrena habirum, minime mortalia, eaduca que tollere erat opportunum, ac decens: immo petius ipsa perficere, ac ad superioriorem fidem ordinare, ut fecit Ecclesiasticae politiam ex gentilitatis erroribus ad veritatem Evangelicam ducens, omnia trahens ad se ipsum a terra exaltatus, in unumque Oliue dispersas oves per Apostolicam doctrinam mirifice reducens ad obedientiam unius Pastoris sui Vicarij, Romani Pontificis.

Secundum argumentum Gallicanæ declaracionis sic ex 2. ibi allegato textru efformatur. Nam diuersarum inter se potestatum diuersa debet esse ratio regiminis, nec una ab altera dependens, ordinata, aut subiecta: sed iuxta Christi Domini verba Matth. 22. vers. 1. spiritualis, ac temporalis potestatis diuersa est regiminis ratio, cui libet que ipsarum distincta debentur officia, dicunt enim, Redire, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, quibus consonat D. Paulus ad Rom. 13. vers. 7. dicens. Redire ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vestigia, vestigia, cui timorem, timorem; cui honorem, honorem: Ergo potestas ciuilis, seu temporalis omnino distingueatur ac independens a potestate Ecclesiastica, siue spirituali, ac per consequens nullatenus Reges temporales que Domini subsunt Romano Pontifici, aut Ecclesiæ in temporalibus, nec ullo praetextu, aut ratione priuari possunt suis dominij, aut regnis, nec deponi a Regia dignitate. Confirmatur, nam potestas ciuilis ut diximus, diuersa est specie a potestate spirituali, siue

Ecclesiastica differunt nanque ex fine principio, & institutione; sed quæ diuersæ speciei sunt, nequeunt in vnu coadunari subiectum; neutquam enim possunt consu[n]mire in uno albedo, & nigredo calor & frigus, homo, & equus, quia diuersa sunt specie: Ergo similiter hæ potestates nequeunt reperi[re] in unico subiecto, nempè Pontifice Rom. quod latis insinuauit Nicolaus Papa in cap. eam ad verum 96. d. ubi docet, quod Christus actibus proprijs, & dignitatibus distincti officia discernit. De inde quia si in Romano Pont. resideret utique potestas omnino superflua esset in Principibus temporalibus, aut in ipso ad nihil de seruiret: ast neutrū dici potest, cum Deus, & natura nihil faciant frustra, ut dicit Philosophus 3. de anima: ergo in Romano Praesule potestas temporalium minime resedit.

Respondeatur ad argumentum breuiter ex præmissis in notabilibus, concedendo diuersitatem harum potestatum, tum ex origine, tum ex fine carum; ceterū est hoc minime irritur, quod nequeant coadunari in eodem subiecto, nec de hoc qualio praesens exagitatur, cum ex supposito i. huius qualit. constet aduersus Calvium, reliquos que ibi citatos Hæreticos non esse incompossibile in unico subiecto has potestates, licet non deceat, quod exercitium supremū carum, scilicet quod aliquis pontifex esset dominus que immediatus totius orbis, coniungeretur in uno. Vnde ad allegata Christi verba dicimus non probare contra assertionem nostram & in primis, quia ibi intentum Christi tantum fuit eludere nequitiam Iudeorum, volentium ipsum capere in sermone, ut si diceret, non licere tributum dari Cæsar, accusarent eum apud imperatorem sive eius praesidem; si vero licere affirmaret, contra Deum videretur agere culens ipsius libertatem contra dicens, sic que ad Principes Sacerdotum ipsum Christum tamquam male delegat sentientem puniendum deferrent: ast vero Dominus ostendere faciens aumisma cenius q[uo]d Cæsaris image

gine debitum, solumque tributum. Cæsti dati iussit,
 nec Deo honorem cultumque debitum negari, sic
 que eorum cautelam frustravit, nec ramen ibidem iuris
 dictionum, sive potestatum differentias a signauit; aut
 personas, vel subiecta in quibus cadere possunt distinxit.
 Ad confirmationem Respondetur, quod, & si potestas
 ciuilis sit distincta ab Ecclesiastica, tamen sub ordinatus
 ipsi, cum ex pertinacia spiritualis ad ipsam, cum ex or-
 dinatioe diuina inserviente Ecclesiam, in qua omnia
 membra sint subiecta uno capiti, onusque omnes uno
 Pastori, Reatori, ac Principe sub regimine Monarchico,
 & cum omni modo dependentia in his, quæ ad propriū
 finem, spirituali eque, ac supernum bonum attinent, ut
 supra satis explicatum est. Nec obstat quod sint diversæ
 speciei hæ potestates ad hoc, ut in uno subiecto repe-
 riantur, nam nec opponuntur ut duas formæ substantia-
 les, quæ quia diversa constituant supposita in compo-
 biles sunt in uno, nec etiam opponuntur, ut duas formæ
 accidentales contraria, veluti albedo, & nigredo, quia
 ex natura recipiunt oppositionem dicunt, sed tantum
 distinguuntur ut duas formæ accidentales disparatæ, quæ
 nullatenus se excludunt ab eodem subiecto, ut quanti-
 tas, & qualitas, quæ tantum in homine genere genera-
 lissimo discriminantur, & etiam species sub genere pro-
 ximo possunt esse simili, ut patet in virtutibus, non enim
 repugnant in homine iustitia, & misericordia, temperan-
 tia, ac fortitudo, ut de se patet, immo qui perfectus est
 omnes habet. Ad textū Nicolai dicimus, quod Christus
 actibus proprijs officia harum potestatum discreuerit ne
 simul in eadem causa plutes se intromicerent iudiccs,
 quod quo licet, nam de spiritualibus tantum Ecclesiasti-
 ca potestas judicialiter agit, inciuitibus vero seu tacu-
 laribus causis, quando casualliter ad Ecclesiam deferun-
 tur neutriq; a iudicii seculari tractari debent, nec
 quando in ciuili ac seculari foro aguntur, Ecclesiasticus
 iudex se in eis intromiceret, ynde nulla datur confusio,
 sed

scilicet Christi servatur discretio. Ad ultimam confirmationem respondeatur, quod minime sequitur esse superflam potestatem temporalium in Romano Praefule, quamvis etiam residat in Regibus, ac Principibus secularibus, nec, è contra in illis vacua, quamvis in Pontifice existat: cuius ratio est, quia in illis est in ordine ad diuersos fines, ut explicemus, etenim in Romano Praefule est in ordine ad proprium bonum reipublicæ Christianæ, quod est superna beatitudo alterius vitæ, comparanda per virtutum supernaturalium exercitium, ac bona opera ex gratia precedentia: in Regibus vero ac Principibus temporalibus tantum est ad politiæ civilis finem ordinata, qui ex pax & tranquilitas reipublicæ temporalis intra hanc vitam inter homines seruanda, cuius rationes iam in notabilibus expendimus: unde neutiquam potestas residens in Romano Pontifice est impeditius potestatis regiæ, nec è contra, cum utraque maneat libera ad operandum per proprios actus suæ lineaæ.

Tertium argumentum, quod ex Gallicana declaratione potest efformari; sic proponimus. Potestates ex diuina ordinatione non sub ordinata nequeunt ab alio subordinari, iei fieri vnam alteri subiectam: sed potestas Pontificia, ac Regia potestas non sunt ex Dei ordinatione subordinata: ergo nullatenus vna alteri subiicitur, necepsè Regalis Pontificie: mai. est certa præcipue cum alias ex natura sua distinctæ sint, nec vna alteri subiaceat nisi probatur nam potestates, quæ immedieate procedunt a Deo, ut supremae, quælibet in sua linea, non sunt ab ipso subordinatae, nec vna alteri subiecta: sed sic esse has potestates constat ex illo. A poli ad Röm. 13. vers. 1. omnis anima per statibus sublimioribus subditabitur. Non enim potestas nisi a Deo, qua autem sunt a Deo ordinata sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, ergo &c. Minor huius ultimi syllogismi probatur; nam potestas Regia est vera potestas suprema in sua linea; sed omnis potestas suprema est immedieate a Deo; ergo Regia potestas est impeditiva.

immediate a Deo: aut potestas immediate a Deo participata nulli aliæ potestati, sed tantum ipsi. Deo subordinatur: igitur Regia potestas tantum ipsi Deo subordinatur, nec vili alteri subiicitur, ac per consequens minimè Reges, temporalesque Domini non regnantes superiorem Ecclesiasticæ potestati subiici possunt in temporalibus, auctoritate vel clavum Ecclesiæ direxte, vel indecedit aponi, vt concludunt Galli Antisritites in sua declaratione: quo & ipsum confirmant supra citati textus in notabilibus: atque cap. Si Imperator 96. d. cap. solitare de maiorit. & obed. in 6. cap. suscepisti 10. d. cap. precipiatus 12. q. 1. cap. sic habes 24. q. 3. & alibi.

Respondeatur ad argumentum: in primis negando assumptum; etenim nec Imperialis, nec Regia, aut quælibet alia ciuilis, siue temporalis potestas est regulariter immediate a Deo, ut supra in notabilibus explicemus. Vnde cum Apostolus dixit præ allegato loco, omnē potestatem esse a Deo, non est intelligendus, quasi intendetas docere, ciuilem, seu sacerdotalē potestatem immediate ortam fuisse a Deo, seu immediate ab ipso hominibus participatam dono, aut fauore a creatione distincto: Ex eo enim, quod Deus hominem rationalem, sociabile que animal creavit, ex consequenti, naturali que sequela in ipso emanauit potestas, ut cum alijs ad politice viuendum coniungeretur, qua visione inter homines facta, in corpore mystico illo resultare necesse est potestatem ad se conservandam, que formalissimè est ciuilis, seu temporalis potestas, aqua dimanauit Monarchica, & Aristocratica, ut supra latius in notabilibus. Ex quo dare de dicta intelligentia verborum Apostoli, videlicet, quod, et si omnis potestas sit a Deo radi caliter, & tanquam a primo principio, & fonte totius dominij; non tamen omnis potestas immediate est participata ab ipso formaliter; sed, vel mediante natura, ut est regulariter omnis potestas ciuilis in primo sui statu, vel mediante alia potestate a se ipso immediate partici-

pata, ut est in Ecclesiasticis Praesulibus, qui media Rom. Pontificis potestate suprema, ac vniuersali participant a Deo authoritatem suam determinatam ad particulares Ecclesias, seu Dioceses. Quia propter ex autoritate praedita potius reboratur, quam imperitur nostra assertio: nam si quae sunt a Deo, ordinata sunt, quae immediatus sunt a Deo, superiora sunt, ad ipsa que cetera ordinari debent: sed Ecclesiastica, seu Pontificalia potestas immediatus est a Deo, ut pote immediate sub delegata a Christo Domino, Petro, & successoribus, ut probatum reliquimus, ergo ad ipsam debent ordinari aliquæ potestates, quæ nonita immediate a Deo pro diciunt, ut est regia, siue Imperialis potestas, aut quæ cumque alia temporalis. De inde quia ordinatio Dei, in quantum potest, similis est tuo principio: sed Deus unicus est, aquo minia, ergo ordinatio potestatum ab ipso, ita debet esse, ut sit una potestas, a qua reliqua dependeant, quod argumentum iam supra attractum firmat Bonifacius. S. præ allegata extrabag. unum sanitam de maiorit. & obedient. confirmant que aliij canonici iuris frequenter loci. Hec que pro nunc sufficient pro solutione argumentorum, quæ ex declaratione Cleri Gallicani de summa possunt: alia verò, quæ contra supremam Rom. Pont. potestatem ab Hæreticis obiecta frequenter assolent: eum in Authoribus, tunc antiquis, tunc modernis dissentissimè diluuntur, consulto omissimus, ne actum agere videamus: de his tamen suse Albertus Pighius lib. 5. hierarchie Ecclesiast. per plura capita. Cardenalis Turris cremera in Summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 115. & 116. & alibi. Ioannes Azorius institutio numi mor. part. 2. lib. 4. cap. 19. & lib. 10. cap. 2. quæsito. 1. & cap. 6. quæsito. 3. alibi. Card. Bellarm. pulcre satis in suo opere contra Barcianiū ubi latè. dicitissimus P. Suarius in defensorio fidei lib. 3. a cap. 14. & que ad finem, aliij que plures tam Theologici, quam Iurisconsulti.

Vitium Gallicanæ declarationis in hoc §. 16
affertum,

assertum est, quod subditi, seu vassalli Regium Domini-
rumque temporalium ne cquam per Ecclesiasticam
potestatem queunt a fidelitatis iuramento absolvit. At
cum determinatio huius questionis ex antecedenti la-
gitime inferatur; nam si Ecclesiastica potestas (ut proba-
tum manet) vi coercisse gaudet ad deponendos Reges,
temporales que Dominos, consequens est habere etiam
potestatem absoluendi subditos a fidelitatis iuramento;
immo potius ex sententia depositionis cuiuslibet tem-
poralis Domini, aut Regis necessario oritur solutio ta-
lis vinculi, seu iuramenti, Rex namque, vel Dominus
depositus a sua dignitate, nec Rex, nec Dominus est, nec
subditos vero tales habet, nec ipsi aliquam obligationem
habent obediendi. Quid expressum in iure reperitur
canonico, cap. alijs cap. nos sanctorum, cap. iuratos, 15. q. 6.
alijs que pluribus locis. Quia potestate plures usi sunt
Rem. Antistites. tandemque se habere textantur P. P.
Constantines. **Supra** relata sess. 10. 17. & 28. eiusdem
Concilii in Causa Tridentina contra Fridericam Aut-
triz Duceat consule ibi, super tota que hac questione
laudatum P. Suarium in suo defensorio, lib. 6. & hac de
hac questione.


R E M I S S I O N E S.

(A) **Plato** in dialog. civilis, seu de Regno versus fi-
zem dicit: legum iurisdictionem ad dignitatem Regiam perti-
nere. **Plytharc.** Latè in comment.; Legem esse Principis
opus. **Phil.** lib. 2. de vita Moys. in princip. p. ac idem. b.
Basili. hemil. cap. 2. in init. proverb. icit: Si Regnum est le-
gitima potestas, manifestum est, quod ex Rege, aliqui
hoc nomine signo exequentes vitæ præceptiones multum
apud omnes monienti habeant, ad considerandam, &
consequendam in communione utilitatem. **Clemens**
Alexandrinus. lib. 1. premar. cap. 14. legum ferendarum sa-
pientiam Imperatorianam, maximeque Regium vocat. cap. Sa-
cerdotibus 11. qui 1. cap. si Imperator dif. 96. ibidem cap.
quis dubitet. cap. **Valentinianus.** cap. **Adrianus.** 63. dif.
cap.

cap. si quis deinceps. 17. q. 4. cap. portatu. 23. q. 8. cap. scelus,
 17. q. 11. cap. nos la in competentur. 2. q. 11. cap. venerabilis de-
 cleft. ca. prout et iudicij. cap. ad Apostolicæ de re iud. cap.
 unico de scelis morte in 6. pluribusque alijs, que onero sum esset
 agnoscere. EX Patribus. N.D. Cyrilus Alex. lib. Thesau. D.
 Augustinus pluribus in locis. Epist. 43. C. 50. C. lib. 3. contra
 Epist. Parmenonis. D. Greg. lib. 7. Epist. 21. D. Bernardus de
 consideratione ad Eugenium Papam lib. 4. C. Epist. 256. D.
 Ambros. Epist. 4. D. thom. lib. 3. de regimine Principum, C. lib.
 1. contra errores Gracorum. D. Antoninus in summa titul. 3.
 de dominio regni cap. 2. D. Bonaventura in 4. dist. 37. N. Vabal-
 densis doctrinalis fidei lib. 2. c. si que communis inter Patres, C.
 Authoros, quos fuscere refert Lanzatus Solorzana loco supra ei-
 ras o. p. 2. num. 45. C. seqq; pene usque ad finem cap. ex qui-
 bus, C. supra adductis, probatis que sequens defensandum de-
 dicimus.

ASSE RTVM. 4.

Romanus Pontifex ne dum accepit a Christo D. supre-
 matam in spiritu alios in pra omnes fideles, cuius cum-
 que dignitatis sint, potestatis (qua propter Imperator,
 Reges, quilibet que alii temporales Domini non solum
 ut persona, sed etiam quo ad dignitates, siue non solum
 ut homines, sed etiam ut Gratiani Principes Pontificia
 substant potestati) sed accepit quoque plenam potestatē,
 ac iurisdictionem super temporalia, temporales que Princ-
 ipes in quantum temporalia regna conducunt ad spiri-
 tualem lucem Ecclesiarum Christi: perinde que potest Romanus
 Petrus (id spirituali bone exigente) Imperatorem,
 Reges, alios que Christianos Principes a suis regnis, da-
 minijs ve priuare, a dignitatibusque, deponere, subditos
 que eorum siue vassallos a fidelitatis iuramento abfolue-
 re: Reges que alios, si expedierit, loco ipsorum subrogare:
 que veritas Catholica est; contraria que assertere ha-
 resim sapit, omnino quo erit enim, ac temperarium, ac
 Ecclesiæ paci, bonisque moribus repugnans.



Romanus Petrus de la Roche et Christophe
de la Roche, deux frères, nobles hommes, en l'an CCCC

XXXIII, lequelz furent au commencement de l'an
CCCCXIIII, à Paris devant le Roi, au chasteau de

la Tournelle, devant le Roi, au chasteau de la

Tournelle, devant le Roi, au chasteau de la

Tournelle, devant le Roi, au chasteau de la


Tournelle, devant le Roi, au chasteau de la


Tournelle, devant le Roi, au chasteau de la

Tournelle, devant le Roi, au chasteau de la

Tournelle, devant le Roi, au chasteau de la







—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—

—
—
—
—
—